



**R. Patris, Francisci Svarez, E Societate Iesv,
Metaphysicarvm Disputationvm, In Qvibvs Et Vniversa
Natvralis Theologia Ordinate Traditvr, Et Qvæstiones Ad
omnes duodecim Aristotelis Libros ...**

Suárez, Francisco

Mogvntiæ ; [Coloniæ Agrippinæ], 1630

Dispvt. V. De vnitate individuali, eiusque principio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94135](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-94135)

& formaliter sumpto: ergo esse unum non tantum singulis entibus: sed etiam enti, ut sic conuenire debet: sed ut si non est unum numero, sed solum analogice & ratione formalis: ergo Simile argumentum est, quod de quocunque dicitur ens, dicitur unum transcendentis, sed ens non solum dicitur de individuali, scilicet Petro & Paulo, sed etiam de communibus rationibus praecise sumptis, ut de homine, & equo, &c. nam, licet fortasse in his universalitas sit per rationem, ut infra dicemus, tamen ipse natura universalis reales sunt, & vera entia realia dicuntur, & ita Aristot. lib. i. Peri her. cap. 5. distinguunt, rerum alias universalis esse, alias particulares: est ergo homo ut sic ens realis: ergo unus unitate transcendentali: & tamen non est unus unitate singulari, & numerica: ergo unitas transcendentalis latius pater, quam unitas individualis, vel singularis.

Questionis resolutio.

XIV.

Hec difficultas multum pendet ex intelligentia illius difficultatis questionis de unitate, & numerali, quomodo differant, & an utraque sit vera unitas in rebus existens, & consequenter, an unitas etiam universalis in rebus sit. Sed quoniam haec ad exactam huius materie explicacionem sufficiat tractanda sunt, nunc breviter dicitur, unitatem transcendentalis, de qua nunc agimus, non esse limitandam ad unitatem singularis, vel universalis, materialis & formalem, sed comprehendere omnem unitatem, quae in aliquo ente reali, seu in ratione formalis entis realis inueniri potest. Erit ergo unitas transcendentalis quocunque ratio entis realis per se, quatenus individualis est adaequata, & secundum se. Dico enim per se modo quo supra explicitum est a nobis, esse obiectum Metaphysicae; nam, si latius sumatur, nullam habet unitatem, etiam formalem, ut dictum est. Dico etiam, ut individualis, quia nec sola entis ratio, nec sola negatio facit unitatem; sed, ratio entis individualis, ut supra ostensum est. Denique dico, adaequata, & secundum se, quia unitas in unaquaque re, seu conceptu obiectivo reali, secundum propriam eius rationem attendi debet, & non secundum aliquam superiorum, inferiorem, aut extraneam: nam haec aut sunt inadaequata, aut quodammodo per accidens, unitas vero universalis est illi adaequata, & per se illi conuenit. Unde homo dicitur unus essentialementer: quia secundum propriam adaequatam rationem suam, non est diuisus in essentiali ratione, quamvis in individuali entitatibus dividatur: non dicetur autem homo simpliciter unus illo modo, eo quod sit diuisus in ratione animalis: ea enim individualis non sufficeret ad predictam unitatem, eo quod non conueniat homini adaequata, & per se primo, sed ratione superioris. Ex his ergo satis explicita est ratio unitatis in communione sumpta. Ut tamen distinctius, & radicitus explicetur, oportet, ut de unitate individuali, formalis, & universalis, quae sunt propriæ unitates Metaphysicae, in particulari dicamus.

DISPUTATIO V.

De unitate individuali, eiusque principio.

Ria in hac disputatione inquiremuscum primum, an haec unitas omnibus rebus existentibus conueniat; deinde quid in eis sit, ac denuo quod principium seu radicem in singulari habeat. Et quoniam hoc vicinum non potest in rebus omnibus eadem ratione explicari, sufficiat inquireretur de substancialibus, spiritualibus, & accidentibus.

SECTIO I.

Vtrum omnes res, que existunt, vel existere possunt, singulares sint, & individualia.

Ratio dubitandi esse potest primò, quia natura divina, est realiter existens, & tamen non est singularis, & individualia, cum secundum fidem sit communicabilis multis. Secundò, unusquisque Angelus est res existens, & tamen non habet hanc unitatem numericam, & individualia, sed essentialia, praecise, qualis intelligitur esse a nobis in homine ut sic: ergo. Probatur minor, quia unitas haec individualis intelligitur aliquid addere supra formalem, seu essentialiem, ratione cuius contrahi, & consequenter dividendi potest ratio essentialis in plura individualia, sed in Angelo non est haec additio, sed in eo est tota essentia quasi praecisa & abstracta, propter quantum rationem non potest secundum numerum multiplicari: sicut si homo prout abstracte concipiatur, sic existeret, non posset multiplicari. Tertiò homo in re ipsa existit in Petro, & in Paulo, & ut sic non est quid individualium & singulare: ergo non quidquid existit in rerum natura habet hanc unitatem. In contrarium est, quod Aristoteles sepiissime contra Platonem docet, quidquid est in rebus, esse individualium & singulare.

Supponendum est, ens in individualium, seu singulare opponi enti communis, seu universalis, non solum relatione, quatenus secundum mentis comparationem, seu Dialeticam considerationem individualium speciei subiicitur: hoc enim neque omni naturae individuali conuenit, ut pater in divina; neque ad presentem considerationem spectat: opponitur ergo quasi priuatius, fere ad eum modum, quo unitas multitudini opponitur. Commune enim seu universalis dicitur, quod secundum unam aliquam rationem multis communicatur, seu in multis reperitur: unum autem numero, seu singulare ac individualium dicitur: quod ita est unum ens, ut secundum eam entis rationem, quae unum dicitur, non fit communicabile multis, ut inferioribus, & sibi subiectis, aut quae in illa ratione multa sit: haec enim in idem inclidunt, & significata sunt ab Arist. lib. 3. Met. c. 3. tex. 14. dicente; Singulare exponamus, quod numero est unum, universaliter autem, quod in his. Et explicantur exempla: nam humanitas ut sic in suo conceptu obiectivo non dicit aliquid singulare & individualium, quia ille conceptus de se communis est multis humanitatibus, quae realiter multæ sunt, & in illis ratio ipsa humanitas multiplicatur. Unde sit, ut secundum rationem, ratio humanitatis sit superior, & communis multis ut inferioribus: at vero haec humanitas, verbi gratia, Christi individualis & singulare est: quia tota illa ratio seu conceptus obiectivus huius humanitatis non potest esse communis multis, quae sub illa ratione multa sunt, id est, multis humanitatibus: quod autem haec humanitas sit communicabilis Verbo divino verbi gratia, aut etiam pluribus suppositis, non est contra singularem, & individualiam unitatem eius, quia non communicatur illis, ut superior inferiorib. sed ut forma supposito, vel suppositis, in quibus secundum propriam rationem non multiplicatur nec dividitur. Per hanc ergo negationem communicabilitatis seu divisionis haec unitas singularis & individualia completer.

Quod amplius ita confirmatur & explicatur, nam sicut ratio unus in communione per negationem divisionis completur, ut cum Aristot. explicatum est, ita ratio talis unus, scilicet, singularis, & individuali negatione etiam completa est, tum quia non est maior ratio in uno, quam in alio, tum etiam, quia rationes magis & minus communis, debent seruire proportionem, ita quod, sicut differentia per se & in eodem ordine

L

II.

III.

brdine contrahit genus, ita in vniuersum determinatio se habet ad determinabile, vt per se subordinetur, sicut in presente sit. Nulla autem alia negatio diuisiois, seu diuisibilitatis excogitari potest, quæ compleat rationem entitatis indiuidua & singularis, nisi ea, quæ à nobis explicata est, scilicet, quod entitas talis sit, vt tota ratio eius non sit communicabilis multis similibus entitatibus, seu (quod idem est) vt non sit diuisibilis in plures entitates tales, qualis ipsa est. Hac enim ratione homo, vt sic non est singularis entitas, quia est diuisibilis in plures, in quibus tota ratio hominis reperitur: è contrario vero hæc quantitas bipedalis indiuidua est, quia, licet sit diuisibilis, non tamen in plura, quorum singula talia sunt, quale erat totum diuisum, & ita illa est diuisio tortus in partes, non communis in particularia. Dices: Hæc ratio indiuidui communis est multitudini, & enti per accidens, quia etiam acerius lapidum talis est, vt non sit communicabilis multis, nec diuisibilis in plures tales, qualis ipse est, & numerus quilibet in particulari sumptus idem habet: imo & species aliqua, vel genus, verbi gratia, homo, vel animal non sunt diuisibilia in plura, quæ sunt talia, quæ est ipsum diuisum. Respondeatur cōcedendum omnia illa, quæ illam negationem participant, quantum ad id esse indiuidua & singularia, vt hic acerius lapis-
dum in ea ratione singulare est, & indiuiduum, & similiter hic binarius, vel ternarius, est quoddam indiuiduum talis speciei numeri, & hoc genus, vel hæc species sub ratione generis vel speciei est vnum indiuiduum: tamen hæc tantum secundum rationem, illa vero solum in ratione entis per accidens, vel numeri, seu multitudinis eam vnitatem participant. Quocirca, vt prædicta negatio seu indiuiduo ad ens, & vnum per se (de quibus agimus) accommodetur, sumenda est, vt adiuncta entitati per se: nam ratio, vt supra diximus, non consistit in sola indiuiduo, sed in entitate indiuidua. Ratio ergo vnitatis per se indiuidus & singularis, consistit in entitate sua natura per se vna, & prædicto modo indiuidua, seu incomunicabili. Dices: Saltem hæc aqua non erit singularis, quia est diuisibilis in plura, in quibus tota ratio aqua reperitur. Respondeatur, non esse diuisibilem in plura, quæ sunt hæc aqua, quæ diuiditur, sed quæ sunt aqua, & ideo hæc aqua singularis est: aqua vero communis.

Questionis resolutio.

IV. Sic ergo explicata ratione indiuidui seu singularis sentis, dicendum est res omnes, quæ sunt actualia entia, seu quæ existunt, vel existere possunt immediate, esse singulares ac indiuidua. Dico immediate vt excludam communes rationes entium, quæ vt sic non possunt immediate existere, neque habere aequalē entitatem, nisi in entitatibus singularibus, & indiuiduis, quibus subtulis, impossibile est, aliquid reale manere, sicut de primis substantiis dixit Aristoteles in Prædicamentis, cap. de substantia. Et ita explicata assertio est per se evidens, quam contra Platonem probat Aristoteles 1. lib. Metaphys. cap. 6. & lib. 7. text. 26. & 27. & s̄pē alias. Quamquam multi existimant, Aristotelem finistre fuisse interpratum Platonis sententiam de ideis, quod vel illas posuerit in mente diuina, vel certe non re ipsa, sed ratione etiam formalis ab indiuiduis separatas, sed hoc parum nostra interest: & illud iterum attingimus disputatione sequente. Nunc probatur assertum, quia, quicquid existit, habet certam & determinatam entitatem, sed omnis talis entitas necessario habet adiunctam negationem: ergo & singularitatem, indiuiduamque vnitatem. Minor patet, quia omnis entitas hoc ipso quod determinata entitas est, non potest diuidi seipsa: ergo nec potest diuidi in plures, quæ tales sunt, qualis ipsa est, alioqui tota

illa entitas esset in singulis, & consequenter vt est in vna, diuidetur à seipsa, prout est in alia, quod manifestam inuoluit repugnantiam: Omnis ergo entitas hoc ipso quod est vna entitas in rerum natura necessario est vna prædicto modo, atque adeo singularis & indiuidua.

V.

Quæ ratio concludit, etiam de potentia absoluta intelligi non posse, vt realis entitas, prout in re ipsa existit, singularis, & indiuidua non sit, quia implicat contradictionem, esse entitatem, & esse diuisibilem in plures entitates, quæ sunt tales, qualis ipsa est. Alioquin esse posset simul vna & plures entitatis, seu secundum eandem realem entitatem, quod inuoluit contradictionem. Et hæc ratio etiam continent, vniuersalia non posse esse à singularibus separata, quia, si homo vniuersalis existeret extra Petrum Paulum, &c. velille esset etiam in Petro & Paulo, vel omnino maneret separatus extra illos: si dicatur hoc posterius iam, homo vt sic, esset quædam res singularis, coniuncta à Petro & Paulo: falso ergo dicebatur vniuersalis. Et præterea sequitur nec Petrum, nec Paulum esse homines, quia, vt prædictum essentiale alicui conueniat, necesse est, vt non sit separatum ab illo. Quomodo enim de illo vere dici poterit, si non sit in illo? Aut quo modo intelligi potest, essentialiter constituere cum, in quo non est? Si vero est in Petro & Paulo, vel ei idem omnino realiter, & entitatis in utroque, & ita Petrus & Paulus, non erunt duo homines, sed unus; velet distinctus secundum rem, & entitatem in utroque eorum, & sic ille homo vniuersalis & separatus, aut esset quædam tertius conditinctus à Petro & Paulo, & sic falso diceretur esse in illis, & esse vniuersalis, quia non esset, nisi quædam singularis distinctus ab aliis, aut certe, si idemmet esset in uno, & in altero, oportet esse & distinctus à seipso, & vnius & plures realiter secundum essentiale tandem, prout in re existentem, quæ sunt aperte repugnantia. Hac ergo ratione necesse est, vt omnis res prout à parte rei existit, singularis & indiuidua sit.

Argumentorum responsa.

Ad primum non desunt Theologi, qui dicant, diuinam essentiam nec singularem, nec vniuersalē. Sed hoc falso est; nam illa duo includunt contradictionem immediatam: Vnde impossibile est, quin alterum eorum conueniat cuilibet enti. ^{V. Vide Durā. d. m. S. 15. 10. in 2. d.}

Præterea diuina natura est ita in se vna vt multiplicari non possit, aut in plures similes diuidi: est ergo vna indiuidua, & singularis natura, ratione cuius ita Deus est unus numero, vt multiplicari in nullo modo possit. Habet ergo diuina natura vnitatem indiuidua & singularis, cui non repugnat, quod illa natura communicabilis sit tribus personis, quia communicatur eis, non vt vniuersale particulari, neque vt superius inferiori, sed vt forma, seu natura suppositis, in quibus ipsa, neque ab ipsis, neque à se ipsa diuiditur, quia tota est in singulari, & in omnibus simili, omnino indistincta ab illis: sed de hoc alias.

Ad secundum nonnulli Thomistæ (vt artigi super 3. part. Diui Thom. quæst. 4. art. 4.) sentiunt, spirituales naturas existere abstractas in sola veluti specifica essentia, & perfectione absque propria indiuiduali contractione. Sed de hac sententia, & de sensu, quem habere potest, ne dicat rem omnino absurdam & intelligibilem dicemus commodius sectione sequenti, num 21. nam quod ad præsens spectat, negari non potest, quin omnis natura angelica prout in rerum natura existit, singularis & indiuidua sit. Nam, si ipsa diuina natura, quæ summe immaterialis est, singularis est, & indiuidua, multo magis erit qualibet natura angelica: est enim incomunicabilis non solum multis naturis, sed etiam multis suppositis, sicut ex natura sua: Deinde ratio conclusio-

VII.

nis & que procedit de qualibet natura, vel entitate spirituali: quia impossibile est, quin tali entitatibus adiuncta negatio communicabilitatis, seu divisionis talis entitatis in plures sibi similes, quia non potest ipsam & seipsa dividere, & esse una & plures. Denique ad hoc nihil referit, quod spiritualis substantia & natura possit intra eandem speciem secundum numerum multiplicari, nec ne. Nam, si potest, necesse est, ut quodlibet individuum illius specie habeat individualiam, & singularem unitatem, neque ipsa species existere potest, nisi in aliquo individuo, sicut de aliis vniuersalibus dictum est. Si vero ea multiplicatio individuum repugnat tali naturae, hoc ipso talis natura in re existens magis est singularis & individualia, quia est magis incommunicabilis, scilicet, quasi essentialiter ad modum diuinae naturae. Igitur ad rationem individua unitatis, de qua nunc agimus, sufficit additio praedictae negationis. An vero ad hanc negationem requiratur additio aliqua positiva supra specificam naturam, dicitur sectione sequenti.

VIII. Ad tertium responderetur, hominem prout existit in rerum natura, singularem esse, quia non est aliud à Petro & Paulo: an vero in eis habeat aliquam distinctionem ex natura rei ab eisdem, seq. sect. & dis. etiam sequenti dicitur.

S E C T I O. II.

Vtrum in omnibus naturis res individua & singularis, ut talis est, addat aliquid supra communem, seu specficam naturam.

I.  Stendimus esse in rebus unitatem individualis, & singularem, nunc declarare incipimus, quid illa sit, quod non potest melius alter fieri, quam declarando quid addat supra communem naturam, seu qua nobis abstracte & vniuersaliter concipiatur.

Referuntur variae sententiae.

II. PRIMA sententia generaliter affirmat saltem in rebus creatis individuum addere communem naturae modum aliquem realem ex natura rei distinctum ab ipsa natura, & componentem cum illa individuum ipsum. Hoc videtur esse opinio Scoti in dist. 3. quæst. 1. & in Quodlib. quæst. 2. & 7. Metaphys. quæst. 16. & ibidem Anton. Andr. quæst. 17. quam sententiani videtur defendere Fonsca, lib. 5. quæst. 3. sect. 2. q. 5. per totam. Et pro ea pugnat acerrime Ioan. Baptista Monlerius in speciali opere de vniuersalibus cap. 6. Fundamentum huius sententiae esse potest illud fere quod, (teste Aristotele) Platonem mouit ad ponendas ideas vniuersalium à singularibus abstractas, scilicet, quia scientia & demonstrationes sunt de vniuersalibus, & non de singularibus. Item, quia definitiones essentiales, & propriæ dantur de vniuersalibus, & non de singularibus. Item, quia proprietas, quæ per se insunt rebus, conueniunt illis mediis vniuersalibus naturis, ita, ut verum sit dicere, Petrum esse risibilem, quia homo est risibilis, sicut è contrario prædicata contingentia conueniunt communibus naturis ratione individuum: homo enim currit, quia Petrus currit: ergo hæc omnia indicant distinctionem aliquam ex natura rei inter individuum & naturam communem: sed hæc distinctione esse non potest: nisi quatenus individuum aliquid additum supra naturam communem, quia includit totam illam: ergo non potest distinguere illa, nisi ut aliquid addens illi.

III. Secundum argumentor, quia homo verbi gratia, non est essentialiter individuum quid. ergo cum sit individuum,

aliquid ei additur extra essentiam hominis: ergo necesse est, ut illud sit ex natura rei distinctum ab homine ut sic. Antecedens patet, quia si homo essentialiter esset hoc individuum, non posset in plura multiplicari, imo nec posset concipi absque aliqua individuatione & singularitate, quia non potest res concipi absque eo, quod est de essentia eius: potest autem concipi homo distincte, imo & definiri essentialiter ab alijs aliqua individuatione. Sicut Deus, quia essentialiter est hoc singulare individuum, ideo nec multiplicari potest, nec vere ac proprie concipi, nisi sub hac individua ac singulari ratione concipiatur. Prima vero consequentia videtur per se nota, quia esse individuum aliquid est in rerum natura, & illud non est essentiale naturæ communis, imo neque ipsi individuo (ut communiter dicitur) quia omnia individua sunt eisdem essentia: ergo oportet, ut addat aliquid præter communem essentiam. Et hinc probatur facile secunda consequentia, quia, quod est de essentia, & quod est extra essentia, videtur ex natura rei distinguiri; imo eo maximè ita distinguuntur, quorum unum non est de essentia alterius, sed, id quod individuum additum specie est extra essentiam eius, ut ostensum est: ergo.

Tertio: Non eodem formaliter constituitur Petrus ut Petrus, & ut homo, cum quia id, quo constituitur homo, commune est ipsi Petro, & aliis hominibus, quo autem constituitur in esse Petri, est proprium eius: tum etiam, quia alias non posset magis concipi homo sub conceptu communis, quam Petrus. Addique hic possunt omnia argumenta quibus probari solet, vniuersalia ex natura rei distinguiri ab inferioribus, quæ partim supra attigimus agentes de conceptu entis, partim attingemus disputatione sequenti.

Secunda sententia extreme contraria est, individuum nihil omnino addere communi nature, quod positivum & reale sit, aut re aut ratione distinctum ab illa, sed vnamquamque rem vel naturam per se esse individuum primo & immediate. Ita sententia nominales in primo distinctione 2. vbi Ocham quæst. 4. & 6. & Gabriel quæst. 6. 7. & 8. tribueriam potest hec opinio Henrico Quodl. 5. quæst. 8. vbi sententia individuum solum addere speciei negationem, de qua sententia dicemus plura sectione sequenti opinionem 3. Fundamentum est, quia nihil potest intelligi reale, quod singulare non fit, ut probatum est sect. præ. ergo repugnat, quod res fiat singularis per additionem alicuius realis supra naturam communem. Secundum, quia nulla res fieri potest una per realem additionem alicuius positivum, ut supra ostensum est: ergo neque singularis & individuum. Patet consequentia, tum quia singularitas est quedam unitas, tum etiam, quia vera ac realis unitas nulla est præter unitem singularem, & individuum. Tertio, quia vel id, quod additur est essentialis vel accidentiale: si essentiale, sequitur, speciem diuidi posse per essentiales differentias contra Porphy. capite de Specie: unde ulterius sequitur individua essentialiter differre, & speciem non dicere totam essentiam, seu quidditatem individuum, quod est contra Porphy. & omnes Dialeticos. Denique sequitur, individua posse, & debere definiri propria & adæquata definitione essentiali, contra Aristot. 7. Metaphys. textu 53. Si vero id, quod additur, est accidentiale, sequitur individuum esse ens per accidens: sequitur eriam accidens non advenire subiecto individuo, sed consti-tuere illud, quod impossibile est, quia, si unum ex alio individuat, potius accidens a subiecto, quam è conuerto, individuationem accipit.

Tertia sententia potest distinctionem vii inter res spirituales & materiales: nam in materialibus res singularis nihil addit supra naturam communem, in materialibus vero aliquid. Quæ distinctione videtur fundata in Aristotele 7. Metaph. cap. 11. textu 41. vbi

IV.

V.

VI.

vbi dicit in rebus immaterialibus non distingui, quod quid est; ab eo cuius est: in materialibus vero distingui, vbi per quod quid est intelligit essentiam, seu definitionem essentialiem, quia comparari potest & ad definitum ipsum, & individua, in quibus tale definitum, & definitio existit. Prior modo ea consultat Aristotel. 7. Metaphys. cap. 6. textu 20. & 21. & generatim docuit in entibus per se, quod quid est, esse id cum eo, cuius est; seu definitionem cum definito, quia eandem dicunt essentiam: solumq; differunt in confuso, vel distincto modo, quo concipiuntur. Quod commune est tam substantia simplicibus, quam compositis, & accidentibus, si quatenus sunt per se unum, definiantur. Nam entia per accidens, vel definiri non possunt una definitione, vel, si aliquo modo definiantur per modum unius ratione formae accidentalis, illa definitio est aliquo modo distincta ab eo subiecto, cui attribuitur. Posteriori autem modo, qui ad præsens spectat, comparantur ab Aristotele in altero loco citato, & hoc modo ait, in rebus immaterialibus idem esse quod quid est, id est, essentiam specificam, quia definitio explicatur, cum eo, cuius est, id est, cum individuo, seu re singulari, quod secus esse ait in rebus compositis ex materia & forma. Sunt ergo, rem immaterialem seipsa esse individuum absque additione villa, materialis vero non ita, sed fieri hanc individuum per aliquam additionem; atque ita exponunt hunc locum Diuus Thomas & alii. Et 3. de anim. text. nono, ait Aristotel. in rebus quibusdam aliud esse rem, supple individuum ab specifica quidditate rei, quod ipse dicit illis verbis; *Aliud est magnitudo, aliud magnitudinis est.* Subdit vero non in omnibus rebus inueniri hanc distinctionem, quod omnes expositores intelligunt, dictum esse propter res immateriales, in quibus individui nihil sunt, nisi naturæ ipsæ specificæ subsistentes. Ita Auerroes, Philip. & late Diuus Thomas. Vnde hanc sententiam videtur docere idem Diuus Thomas i. parte, quæst. 3. articulo 3. & de ente & essentia cap. 5. quibus locis Caetan. & 3. part. quæstionis 4. articulo 4. idem sentit, & videtur esse recepta sententia in Schola Diuui Thomæ, vt ex his, quæ referemus sectione 4. magis constabit. Nam ex ibi tractandis sumendum est fundamentum huius sententiaz, scilicet, quia substantiaz immateriales, cum nec materiam habeant, nec ad illam dicant habitudinem, nihil etiam in eis excogitari potest, quod addant supra essentiam: & ideo de ipsis sunt individua: ut vero in rebus compositis additur materia signata, ex qua sumi potest aliquid, quod individuum addat supra speciem.

Punctus difficultatis aperitur.

VII. Primum indubitatum est apud authores omnes, individuum addere supra naturam communem, negationem aliquam formaliter completem, seu constituentem unitatem individui. Hoc per se non est ex ratione unitatis supra explicata, adiunctis his, quæ sectione precedente notauimus circa rationem seu quid nominis individui. Quin potius, si formaliter loquamur de individuo, quatenus tali modo unum est, negationem additum in suo conceptu formalis, non solum supra naturam communem abstracte & vniuerso conceptam, sed etiam supra totam entitatem singularem præcise conceptam sub ratione positiva, quia tota hæc entitas non concepit, ut una singulariter, & individuum, donec concipiatur, ut in capax divisionis in plura eiusdem rationis. Difficultas ergo præsens non est de hac negatione, sive illa formaliter pertineat ad rationem huius unitatis, huc non; nam de hoc etiam sunt opiniones, de quibus iam diximus precedente disputatione, quid verius existimemus; sed est difficultas de fundamento illius negationis; nam cum non videatur

posse fundari in sola communi natura, illa enim de se indiferens est, & non postulat tales individuationes in plura similia, sed in ea potius dividitur, ideo inquirimus, quid sit in re singulari, & individua, ratione cuius ei conueniat talis negatio.

'Quæstionis resolutio.

Dico primò: Individuum aliquid reale additum preter naturam communem, ratione cuius tale individuum est & ei conuenit illa negatio dividibilitatis in plura similia. In hac conclusione conuenimus cum Scoto, sumiturque ex D. Thoma i. part. quæst. 4. art. 2. dicente, vbiunque est aliquid commune multis oportere esse aliquid distinctiuum. Et i. contra Gentes cap. 42. ratione 7. ait, illud distinctiuum debere esse aliquid additum intentioni communis. Et Thomista non dissentunt ab hac conclusione, ut patet ex Caietano, lib. 1. Posterior. cap. 4. de ente & essentia, cap. 4. Sonci. 7. Metaph. quæst. 31. Capreol. 2. distinct. 3. quæst. 1. Heruzo, Quodlibeto 3. quæst. 9. Soto in logi. quæst. 3. vniuersalium. Et probatur ex his, que proxime diximus: nam commune natura de se non postulat tales negationes, & tamen illi natura, ut in re existit, & facta est hæc, per se & intrinsecè conuenit talis negatio: ergo additum est ei aliquid, ratione cuius illi adiuncta est, quia omnis negatio ab intrinseco: & necessario conueniens aliqui rei, fundatur in aliquo positivo, quod non potest esse rationis, sed realis, quandoquidem illa unitas, & negatio ipsi rei vere, & ex se conuenit. Vel aliter propone hæc ratio potest, quia natura specifica secundum se, & quatenus est proximum obiectum conceptus communis hominis, leonis, &c. nihil habet repugnans communicabilitati: & ideo dicitur negative indifferens, ut infra videbimus: per hanc autem individuationem tollitur hæc eius indifferencia, & fit in capax divisionis, quatenus singularis effecta est: ergo necesse est, ut intelligatur aliquod positivum ei esse additum, ratione cuius hoc ei repugnat. Denique Petrus & Paulus conueniunt in communis natura, & differunt inter se & propriis rationibus: ergo illas addunt natura communis, sed illæ positivæ sunt; non enim constituantur negationibus in ratione talis substantiaz, ergo. Idem etiam concludunt argumenta, quæ ad confirmandam opinionem Scoti adducta sunt.

Dico secundò: Individuum, ut sic, non additum aliquid ex natura rei distinctum à natura specifica, ita ut in ipso individuo, Petro, verbi gratia, humanitas, ut sic, & hæc humanitas, vel portius id, quod additur humanitati, ut fiat hæc (quod soler vocari haecceitas, vel differentia individualis) ex natura rei distinguatur; & consequenter faciant veram compositionem in ipsare. In hac assertione conuenire debent omnes, qui opinionem Scoti impugnant, ut sunt Caietanus de ente & essentia, quæstione quinta, & prima parte, quæstione quinta, artic. 6. Soncin. 7. Metaphys. quæstionis 3. Niph. lib. 4. Metaph. disputatione 5. & alii. Qui tamen non satis distinguunt, an impugnent Scotum quoad totam sententiam, etiam quoad additionem differentia individualis supra specificam, vel solum quoad distinctionem ex natura rei: & argumenta eorum videntur esse utrique parti communia, & ideo non sunt admodum efficacia. In eadem assertione necesse est conueniant, qui negant, naturam esse à parte rei vniuersalem, ut sunt grauiores Philosophi & Theologi, & tota schola D. Thom. ut videbimus disputatione sequente. Quod autem unum ex alio consequatur, patet, quia si in ipsis individuis id, quod additum individuum supra naturam communem, est distinctum ex natura rei ab illa: ergo & è conuerso ipsa natura in re ipsa præscindit à tali addito, seu differentia individuali; atque adeo à parte rei natura & haecceitas sunt duo,

VIII

IX

duo, si non ut duas res, saltem ut res & modus: ergo vnaquaque earum habet per se unitatem suam, quia non potest intelligi, quod aliqua sine duo, nisi sint vnum & vnum: numerus enim supponit unitates: ergo illa natura ut praevisa à differentia individuali habet in re ipsa unitatem, ergo vel unitatem individuali vel unitatem. Primum dici non potest, iuxta praedictam sententiam, alioqui natura esset individualia ante differentiam individualis, & ita superflue talis differentia adiungeretur: ergo iuxta hanc sententiam necessario dicendum est, naturam illam, prout in re ipsa praecondit, & ex natura rei distinguuntur à differentia individuali, habere unitatem universalis, quod esse impossibile intelligi potest ex dictis, sectione precedente, & latius infra ostendemus.

X.

Respondi potest iuxta doctrinam Scotti, naturalis, ut in re praevisam ab individualitate, nec habere unitatem individualiam, neque universalis, sed unitatem formalis, quae est velut media inter praedictas unitates, & nihil aliud est, quam unitas essentiae, quae per definitionem explicatur. Sed contra primo, quia, licet in tali natura hanc unitas formalis possit ratione distingui ab unitate individuali tamē concipi non potest, quod à parte rei sit secundum unitatem suam praevisa, & ex natura rei distincta ab unitate individuali, & quod, ut sic etiam careat unitate universalis. Probatur, quia vel illa ut sic est communis, vel incommunicabilis, hanc enim duo immediate opponuntur: si incommunicabilis, est individualia, si communis est universalis. Item, vel natura illa, quae in Petro est distincta ab hæcitate Petri, est per se ipsam realiter distincta à natura, quae est in Ioanne, prout etiam in illo distinguitur ex natura rei ab eius hæcitate, vel ut sic non est distincta, si hoc secundum dicatur, erit illa natura communis; si vero dicatur primum, necesse est illas naturas, ut sic esse individualias & singulares, quia non differunt nisi ut distincta numero, & realiter intra eandem speciem.

XI.

Atque hinc argumentor secundo directe ostendendo, non posse esse talis distinctionem in rebus, quae sit vera & actualis distinctio ex natura rei anteviens omnem operationem intellectus; nam omnis talis distinctio esse debet inter reales entitates, aut inter realem entitatem, & modum eius. Et quidem, si sit superiori modo erit distinctio realis, quae necessario supponet vnamquamque entitatem in se singularem, & individualiam, quod est per se notum; & ita à nemine negatur, quia distinctio entitatum, supponit vnamquamque entitatem in se constitutam; atque adeo vnam, & singularem. Si autem distinctio sit inter entitatem, & modum eius, qualis hic esse dicitur, ut sit vera distinctio ex natura rei, necesse est, quod talis entitas præcisimo modo intelligatur in re ipsa habere veram entitatem realem, alioqui intellectus non posset distinctio ex natura rei inter talium modum & entitatem. Quia vel modus ille intrinsecè & formaliter constituit entitatem illam, vel non: si constituit, ergo non distinguitur ex natura rei ab illa, quia intrinsecè & essentialiter includetur in illa, ita, ut nihil concipi possit in illa entitate, quod non includat illum modum: si autem modus ille non intelligitur ita intrinsecè, & formaliter constituere tantum entitatem, necesse est, ut intelligatur supponere illam in sua entitate constitutam, & realiter advenire illi, & modificare illam, cum ponatur in re ipsa distinctus ab illa. Impossibile autem est, intelligere hunc modum distinctionis inter differentiam individualem, & naturam communem: ergo. Probatur minor, quia, si præcisimo illo modo intelligitur natura habere entitatem suam: ergo illa entitas per se ipsam, & ut est prior illo modo, debet necessario esse singularis & individualia: ergo non indiget individualitate superaddita, nec potest ab illa ex natura rei distinguiri: sicut, si linea non posset intelligi constituta in

ratione lineæ absque rectitudine, non posset rectitudo concipi, ut modus ex natura rei constitutus, à linea, & adueniens illi: si autem nunc concipitur modus ex natura rei distinctus, ideo est, quia potest concipi linea in re ipsa existens, & constituta in ratione lineæ absque tali modo.

XII.

Probatur autem prima consequentia, quia omnis entitas in rebus existens necessario esse debet se ipsa singularis & individualia: Primo, quia, ut sic intelligitur esse extra causas suas, & habere actualitatem realem & existentiam: ergo ut sic intelligitur singularis, quia nihil potest terminare actionem causarum, vel capax esse existentiarum, nisi quod singulare sit. Secundo, quia talis entitas, ut sic concepta ante modum à se distinctum est incommunicabilis multis inferioribus, seu eiusdem rationis, quia nec diuidi potest à se ipsa, nec fieri plures: ergo iam ut sic est individualia. Tertio, quia ille modus hecceitatis, qui constituit Petrum, est singularis & proprius eius, & dicitur constitueri & compонeri Petrum modificando naturam: ergo, si illa modificatio est per veram distinctionem, & compositionem, quae ut sit, oportet, ut illi modo, qui est veluti quidam actus particularis, respondat etiam particularis entitas per modum potentia actuabilis: ergo illa entitas, quae supponitur tali actui, debet esse individualia & particularis. Quod explicatur quanto in Petro & Paulo, verbi gratia, est duplex compositione ex natura communis & differentia individuali: ergo in vitro est distincta realiter non solum differentia individualis vnius à differentia individuali alterius, sed etiam entitatis naturæ, quae est in uno, ab entitate naturæ, quae est in alio: ergo distinguuntur illæ duæ naturæ intrinsecè, & entitatiæ tanquam duæ res singulares, etiam presecedendo per intellectum differentias individualium, quia non potest intelligi realis distinctio inter actuales entitates, nisi quatenus individualia & singulares sunt.

XIII.

Dices, distinguiri quidem per differentias individuales, sicut duæ materiæ dicuntur distinguiri per formas, vel quantitates. Sed de hoc exemplo dicemus postea: in universalium enim existimus fieri non posse, ut una res distinguatur realiter ab alia per aliam à se distinctam, sed per suamnet entitatem, per quam in tali esse constituitur: quia seruata proportione per illud res distinguuntur, per quod constitutur. Sed in praesente est hoc manifestum, quia in Petro & Paulo sunt duæ differentiae individuales inter se realiter distinctæ, & vnaquaque earum actuat naturam realem, quia distinguuntur ex natura rei, & cum qua componit suum individualium omnino realiter distinctu ab alio, non solum quoad differentiam, sed etiam quoad totam entitatem naturæ: ergo necesse est, ut etiam præcisus per intellectum ipsis differentiis id, quod manet à parte rei in Petro & Paulo sit distinctum realiter, atque adeo singulare: alioqui dicendum esset, rem aliquam omnino realiter eandem contrahi per differentias individuales in Petro & Paulo. Neque enim satis est dicere, non eandem naturam realiter contrahi, sed eandem formaliter: nam hæ identitas formalis, prout in re esse potest, solum est similitudo quedam, quæ supponit realem distinctionem, & consequenter individualitatem eorum, quæ similia dicuntur, prout vero concipiatur per modum vnitatis, non est unitas realis, sed rationis tantum per denominationem à conceptu mentis, ut postea dicemus.

XIV.

Quinto potest hoc declarari, quia illæmet differentiae individuales Petri & Pauli inter se realiter distinguuntur, tanquam duæ res incompletæ, singulares tamen & individualia eo modo quo sunt, & nihilominus inter se habent similitudinem, & conuenientiam, quia reuera similiores sunt inter se, quam cum differentia individuali equi, vel leonis, & in eis non oportet distinguere ex natura rei aliquid, in quo

quo sunt similes & in quo distinguantur, alioqui procederetur in infinitum, quod in rebus seu modis ex natura rei distinctis est inconveniens, ut supra in simili dictum est; ergo idem dici poterit de ipsis individualibus Petro & Paulo, quod licet inter se distinguantur, & similes sint, non opertet in eis distinguiri ex natura rei, quo sunt similes, & id quod distinguuntur: ergo non est cur distinguatur ex natura rei differentia individualis, vel ex natura communis, tanquam ab extremo componentem individuum, vel à toto individuo, tanquam ab integro compósito. Nec refert, si quis respondeat, illas differentias individuales esse simpliciores, & esse id, quo individualia constituantur & distinguuntur, & ideo magis posse scipsum distinguiri, quia, licet forte se quoad distinctionem, seu conceptus mentis hoc aliquid conferat, ut Ratum dicam: tamen si distinctio hec esset in rebus, argumentum virgeret, quia illæ differentiae considerantur sunt tanquam duo modi reales, à parte rei existentes, & distinctæ ex natura rei à qualibet alia entitate, quia, sicut habent effectus quasi formales numero distinctos, scilicet, constitutere hoc, vel illud individuum, ita etiam sunt numero distincti. Et quamvis sint quo respectu individualium, tamen quatenus in se sunt aliquid, & realia entia, licet incompleta, sunt etiam quod saltem incomplete, ut in simili supra notauimus tractando de conceptu entis, vt notauit etiam Caetanus, i. part. quæ. ii. art. i. circa ad i. Et tamen cum hac distinctione & simplicitate habent inter se convenientiam realē in communi ratione talium modorum, ut idem Caetanus ait, de ente & essentia, quæst. 5. ergo, vel in his etiam distinguenda est ratio communis à propriis, vel certe fallax est talis modulus argumentandi in quoquaque individuali. Aliqui respondent, inter has differentias individuales non esse convenientiam realē à qua possit abstracti communis conceptus, sed hoc difficile creditur est, de quo dicetur generaliter disputatione sequenti.

XV. Atque hinc sumitur sexta ratiō, quia tota illa distinctione, que singitur esse ex natura rei inter naturam & individuum, sumpta est ex modo concipiendi & loquendi & ex convenientia & distinctione, quæ inter ipsam etiam individualia reperitur: hoc autem hunc nullum est ad indicandam distinctionem ex natura rei: & aliunde sunt multa, que virginis indicat, nullam esse in re talem distinctionem: ergo. Major constat ex argumentis factis in fauorem Scoti. Minor quoad primam partem patet, tum exemplo adducto de ipsis differentiis individualibus, tum ex supra tractatis de conceptu entis, de quo eadem fere argumenta sunt; tum quia alias oporetur ex natura rei distinguere. omnes cōmunes conceptus à particula-ribus, quod infra ostendam esse falsum. Tandem constabat amplius haec pars ex solutionibus argumentorum. Altera vero pars minoris satis probata est argumentis factis. Quæ ultimo confirmatur à signo inseparabilitatis, nam ea quæ, licet diuerso modo concipiuntur a nobis, ita se habent in re, ut neutrū ab altero separetur, vel separari possit etiam de potentia absolute, sine causa singulare ex natura rei distincta; ut infra latius dicam in disputatione de distinctionib. sed ita se habent in Petro ratio hominis, & propria individualitas Petri, ut separari nullo modo possint nec talis modus à natura, nec natura prout est in Petro à tali modo: ergo. Nec quicquam iuvat dicere rationem hominis esse separabilem à Petro, quia potest esse in Paulo, quia hoc non est considerare rationem hominis prout realiter existit, sed solum prout mente concipiatur, & ideo non satis est ad distinctionem ex natura rei, quæ esse debet inter ea: quæ à parte rei sunt, si est distinctione inter res positivas, vel inter rem & modum realē possit. Vnde illa distinctione, quæ intelligitur inter rationem communem abstracte intellectam, & individuum, solum est

Franc. Suar. Metaph. Tom. I.

rationis, quia illa natura ut sic nullibi est, nisi obiective in mente. Quod si quis illam vocet distinctionem formalem, quia aliam definitionem concipit mens de homine ut sic, & aliam de Petro faciet questionem de voce: quia, quod ad rem spectat, illa distinctione non ita est in re, ut in Petro vel Paulo intelligentur illa ex natura rei distincta, vel compositionem in re facere ut ostensum est.

Dico tertio: individuum addere supra naturam communem aliquid ratione distinctum ab illa, ad idem prædicamentum pertinens, & individuum componentes metaphysice, tanquam differentia individualis contrahens speciem, & individuum constituentes. Prima pars huius assertio sequitur ex duabus præcedentibus: nam dictum est in prima, individuum addere aliquid naturæ communis, & in secunda negatum est illud esse distinctum ex natura rei: ergo necessarium est, ut saltem ratione distinguatur, quia, si nullo modo distingueretur, nullo modo adderetur. Nec vero inde sequitur id quod additur, esse aliquid rationis: nam sicut est aliquid distinguiri ratione, aliud vero esse tantum rationis fieri enim potest, ut quæ realia sunt, sola ratione distinguantur: ita etiam id, quod additur, potest esse reale, sicut re vera est, quamvis sola ratione distinguatur. Dices illa additio est tantum per rationem: Respondeo, quoad rem additam nego, quoad modum additionis, seu contradictionis, aut compositionis concedo: nam sicut separatio naturæ communis à differentiis individualibus est solum per rationem, ita è conuerso, quod differentia individualis intelligatur, ut addita natura communis, solum est per rationem: nam in re non est illa propria additione, sed in unoquoque individuali est una entitas, utramque rationem per scipsum realiter habens.

Secunda pars conclusionis etiam sequitur aperte ex dictis, sumiturque ex D. Thoma, i. part. quæst. 29. art. i. vbi air substantiæ individuali per seipsum, & quæst. 10. de Potent. art. 3: negat posse substantiam per accidens constitui: non est ergo hoc additum extra genus ipsius rei, sed in substantiæ est substantia, saltem incompleta, quia in re non est nisi ita substantia individualia. Tertia denique pars facile patet, quia hoc additum non est pars aliqua physica substantiæ, quia prædicatur de individuali, ut dicens totam essentiam eius, quam non dicit pars physica, & ideo non prædicatur de toto. Nec est aliquid per modum totius directe positi in prædicamento substantie: est ergo quid incompletum per modum differentiæ. Item contrahit naturam communem, illamque dividit in individualia, & constituit Metaphysicæ ipsum individualium, ut per se unum in suo genere.

Sed contra hanc conclusionem obici potest ratio quædam facta in præcedenti: nam si individuum addit aliquid, saltem ratione distinctum, sequitur processus in infinitum in conceptibus obiectivis ratione distinctis, quod etiam supra in simili reputauimus inconveniens: sequela patet, quia individualum dicitur addere supra speciem aliquid ratione distinctum, quia conuenit cum alio individuali in ratione specifica, & differt in individuali, sed ipsa etiam differentia individualis conuenit cum alia simili differentia in ratione communis, & differt numero ab illa: ergo addit etiam secundum rationem aliquid ratione distinctum supra communem rationem talis differentiæ, & rursus de illo addito fiet idem argumentum, & sic in infinitum. Responderi potest primum, in his nostris conceptibus non esse magnum inconveniens admittere huiusmodi processum, quia patitur intellectus, quæ re ipsa omnino individualib. sunt; & ideo mirum non esset, si intellectus in his divisionibus seu conceptibus in infinitum procedere posset. Secundò potest aliquis ita philosophari de conceptus speciei, & individuali, sicut nos supra

I de con-

de conceptu entis, & inferiorum eius ratione in tali sumus: diximus enim inferiora addere supra ens aliquid ratione distinctum: ita tamen ut conceptus inferior immediatus conceptus sub conceptu entis, non sit proprius resolutibilis in duos conceptus, sed sit tantum conceptus simplex magis expressus, & determinatus, quam conceptus entis: sicut ergo in praesente dici potest, conceptum individuali non esse proprius compositum & resolutibilem in conceptum alterius modi, seu differentiam individualis, sed esse solum expressionem conceptum ipsius naturae specificae prout in re existit in tali entitate, in qua nec concepti potest talis entitas neque aliquid illius entitatis, quin talera specificam rationem includat, neque ipsa ratio specifica potest, vt in re existit, distincte concipi, nisi vt in tali, vel tali entitate contracta. Et hanc ratione facile vitatur processus in infinitum, vt constat ex dictis in simili de ente.

XIX. Sed videri potest hic respondendi modus parvum consentaneus communi modo concipiendi & loquendi Philosophorum, qui hanc contractionem speciei ad individua explicat per modum metaphysicae compositionis. Et hoc generatione videtur hoc communiter affirmari, quia etiam genus & differentia non distinguuntur in re, in qua coniunguntur, vt infra ostendemus, & nihilominus propter varias convenientias & disconvenientias, quae inter plures res reperiuntur, intellectus diversos conceptus format generis & differentiarum, quorum unus in alio non includitur: sicut ergo facere etiam potest inter speciem & individuum; est enim fere eadem proportionem, inter se, & idem differunt a conceptu entis. Nam ille est transcendentia, & ideo non potest proprie contrahi per modum compositionis, neque aliquid ei secundum rationem addi, in quo ille non includatur; at vero conceptus speciei (sicut & conceptus generis) est ex se limitatus, & non transcendentia, & ideo non est necesse, vt includatur in omni conceptu determinatio illius: poterit ergo per modum compositionis contrahi, & consequenter poterit etiam individuali resoluti in conceptum speciei, & differentiam individualis: illa enim non est homo, nec Petrus verbi gratia, sed differentia contrahens hominem & constituens Perrum. Dicens, etiam esse differentiam inter genus & speciem, quia ratio generică non solum ut abstracta & universalis facta in mente, sed etiam prout in re ipsa existens potest mente praescindi; & ratione distinguenda differentia specifica, vt infra videbimus: ratio autem specifica non potest distinguere etiam ratione a differentia individuali, nisi prout abstracta, & universalis facta in mente, quia vt in re existens non potest concipi, nisi vt includens individualitatem, & quia omnis compositione, etiam secundum rationem intelligi debet in re prout actu existit, ideo faciliter intelligitur talis compositione inter rationem genericam & specificam, quam inter specificam & individualem, sed hoc non obstante non est neganda illa Metaphysica compositione individuali, quia ad illam satis est, vt specifica ratio possit mente praescindi, vt non inclusa in ista differentia individuali.

XX. Et ideo admissum illo genere compositionis & resolutionis, individuali responderetur tertio, non oportere progredi in infinitum; nam eadem mens, quae concipit individuali, vt composite ex conceptu obiectivo speciei, & differentia individuali, concipit differentiam individuali ut omnino simplicem, & irresolutibilem, quia non concipit illam sub conceptu speciei, sed differentiam tantum, de cuius ratione est, vt sit simplex, & non composta ex ratione communis, & alia differentia contrahente. Sicut videtur licet in ipsis etiam differentias specificas, vel subalternas: sensibile enim, vel rationale formaliter non componuntur ex aliis differentiis, sed hoc ipso, quod sunt rationes differendi, scilicet ab aliis diffe-

runt: sic ergo concipientiae etiam sunt differentiae individuales, in quibus quoad hoc potest admitti modus ille determinandi ens ad seipsum per simplicem determinationem conceptus absque compositione. Et illa ratio differentiae individualis, quatenus ut realis & communis ratio concipi potest, erit etiam veluti transcendens ad singulas differentias individuales, quia nihil in eis concipi poterit, in quo talis ratio non includatur, & ideo illa etiam ratio communis determinabitur ad singulas differentias non per nouam compositionem, sed per simplicem determinationem conceptus magis expressi & determinati, & ita cessat ulterior resolutio & processus.

Dico quartum, Individuali non solum in rebus materialibus, & accidentibus, sed etiam in substantiis immaterialibus creaturis & finitis addit aliquid ratione distinctum supra speciem. Excludimus ab hac conclusione diuinam naturam, quia cum illa sit essentialiter ita determinata ad hanc numerou naturam, vt omnino ei repugnet secundum eam multiplicari, non potest etiam secundum rationem (si vera sit) abstrahi communis ratio Deitatis a tali Deitate: nam hoc ipsum, quod sic abstrahitur, non concipiatur vera Deitas, quia de vero conceptu Deitatis est, ut sit haec numero & non alia; quia hoc requirit eius infinitas. Et hinc consequenter sit, vt haec individuali Deitas nihil etiam secundum rationem addat supra conceptum veræ Deitatis. Unde merito reprehenditur Caietanus, eo quod i. part. quest. 3. art. 3. & alias locis dixerit, Deum uno modo sumi posse, vt significat concretum, quasi specicum natura diuinam. Nam talis conceptus vere communis, repugnat veræ diuinitati, de cuius essentia est, quod sit haec singularis natura, & ideo non magis potest verus Deus communis conceptu concipi, & abstrahi ab hoc Deo,

XXI.

Ex hac vero exceptione, quae singularis est, Deoq; specialiter conuenit propter infinitatem eius, confirmatur conclusio posita, & generalis regula contraria in omnibus creaturis, etiam in immateriale finit. Probatur, quia in qualibet substanciali immateriali individuali, & finita, verbi gratia, Gabriele Archangelo concipit mens, & hoc individuali, quatenus concipit hanc numerou entitatem, & rationem essentialis, & specificam eius, quae non includit essentialiter hanc numerou entitatem, nec positivam repugnantiam, vt communicari possit alteri individuali: ergo ibi concipit mens aliquid commune, & aliquid, quod secundum rationem ei additur, vt ad hoc individuali determinetur: ergo quoad hoc precise non est differentia inter substantias immateriales, & alias res. Dicitur fortasse, quamlibet essentiali, seu specie Angelicam, essentialiter, & ab intrinseco determinari ad hoc individuali, & consequenter hoc individuali nihil positivum reale, etiam ratione distinctum addere supra ipsam speciem, sed solam negationem communicabilitatis in plura familia, quae immediate continent tali speciei, ratione sui ipsius absque additione villa.

Hic sane videtur fuisse sensus authorum quos citauit in tercia sententia, & idem sentiunt, qui negant, Angelos solo numero differentes posse intra candem speciem creari, etiam de potentia absoluta: non enim alia ratione potest hoc denegari diuinæ potentia, nisi qui existimatur esse contra intrinsecam, & essentiali rationalem talis naturæ. Habet autem illa sententia fundamentum in D. Thom. i. parte, quest. 50. art. 4. & quest. de spiritualibus creaturis, art. 8. & 2. cont. Gentes, 95. de ente & essentia ca. 5. vbi Caietanus id tenet quod. 9. & Capreoli in 2. dist. 3. quest. 1. conclus. 5. & Abulensi. Paradox. 4. cap. 34. Et videtur multum favere Arist. 12. Metaph. tex. 49. & Auicen. 5. Metaph. cap. 5.

Sed hæc sententia in primis supponit materiam signatam esse adæquatum principium illius individuali.

XXII.

XXIV.

duationis, in qua individuum addit aliquid positum ratione specifica, quæ potest dici individuatione positiua: hæc autem suppositio in predicto sensu falsa est. Maior constat aperte ex predictis authori bus. Et ratio eius est clara, quia non ob aliam causam negant huiusmodi individuationem in predictis substantiis, nisi quia materia carent: ergo supponunt materiam vel secundum se, vel ut signaram quantitate, esse adæquatam radicem, talis individuationis, ut ex illo principio. Si affirmatio est causa affirmationis, negatio est causa negationis, inferant ex carentia materiae carentiam predictæ additionis seu individuationis. Minor vero propositio probabitur late sectio sequenti etiam in substantiis materialibus. Sed quævis daremus in materialibus substantiis hujusmodi individualem differentiam sumi à materia, non posset efficaciter inferri materiam esse adæquatū principium illius differētia in tota latitudine entis creati: habent enim diuersæ substanciæ diuersa principia suis naturis accommodata, neque ex modo compositionis aut individuationis in rebus exterioribus, inueni potest sufficiens argumentum sumi ad res superioris rationis: alioqui eadē ratione posset quis negare, dari Angelis compositionem Metaphysicam ex genere & differentia, quia in rebus materialibus genus sumitur à materia, & differētia à forma, quod multi volunt esse cum proprietate intelligendum. Item eadem facilitate posset quis dicere in corporibus celestibus non addere individuum supra speciem aliquid positum etiam ratio distinctum, vel quia non habent materiam, vt existimat Averroes vel certe, quia habent materiam alterius rationis. Nam si verum est in his rebus inferioribus materiam esse vnicā radicem differentiæ individuālis, solum possumus nos id attribueri huic materiae inferiori; nam de superiori nulla sufficiente ratione possumus colligere, an hoc etiam ei conueniat, cum sit diuersa rationis. Dicent fortasse illam materiam subiacere quantitatæ eiusdem rationis, & hoc satis esse, vt sit principium ejusdem modi individuationis. Sed hoc non satis facit; nam vniuersa ostendam, quantitas, cum sit accidentem, nullo modo potest ingredi principium individuationis substantiarum. Igitur substantia superioris ordinis possunt in compositione metaphysica conuenire cum substantiis inferioris ordinis, & habere principium illius simpliciori & perfectiori modo. Atque ita ex negatione materiae non potest fieri argumentum efficac.

XXV.

Deinde redeo ad rationem inchoatam: nam quod diuina natura essentialiter includat individuationem suam posituam, & incomunicabilitatem respectu inferiorum, ex eo præcisè prouenit, quod infinitatius repugnat talis multiplicatio; omnis autem substantia immaterialis creata, finita est: ergo non est, cui ei repugnat habere aliam omnino similem essentia, distinctam tamen realiter in entitate. Responderi potest, quamvis substantia spiritualis sit finita simpliciter in genere entis, esse tamén infinitam in specie sua, habereque totam perfectionem possibilem in sua specie, quia cum sit abstracta, & separata à materia, non habet, vnde limitetur, & ideo intra illam speciem multiplicari non potest. Sed huiusmodi infinitas, & sine sufficiente fundamento asseritur, & vix potest declarari, in quo consistat, nisi petendo principium.

Interrogo ergo, an hæc infinitas intensua sit, vel extensa. Primum dici non potest, tum quia tota perfectio intensua talis Angeli continetur intra certum gradum & limitem talis speciei, in qua nulla est formalis infinitas intensua: nisi forte dicatur infinita secundum quid, quia potest sub se continere species inferioris ordinis syncategorematice infinitas, quod tamen non indicat infinitatem, sed perfectiōnem quandam superioris rationis, vnde hoc commune esse potest speciebus rerum materialium, vt

Franc. Suar. Metaph. Tom. I.

patet in specie humana, sub qua species brutorum in infinitum multiplicari possunt. Hoc ergo perfectio nis, seu infinitatis genus nil refert ad questionem, de qua agimus, nec potest esse ratio ob quā species aliqua per se individua sit, & nō possit in individuis multiplicari. Imo etiam si admitteremus illam infinitatem intensuam, veram & formalem in aliquo limitato gradu intrinsece, non sequitur, talem perfectionem, non posse in multis similibus individuis reperiri, quia hoc non habet necessariam connexionem cum illo. Ut, quamvis daretur gratia infinita intensa in anima Christi Domini, verbi gratia, non propterea sequitur, non posse dari alias qualitates gratia, numero distinctæ sive finitas, sive infinitas. Quod argumentum etiam declarat, infinitatem illam intensuam propriam & formalem non magis posse dari in substantiis quam in accidentibus.

Si vero sit sermo de infinitate extensiua, primo, petitur principium, quia hæc extensio non est aliud, quam multiplicatio individuum in ea specie. Deinde id, quod dicatur, repugnat inveniuntur: nam illud individuum formaliter, & in se unum tantum est: quomodo ergo potest infinitatem extensiua in se continere, quæ in sola multiplicatione individuum consistit? Dices, continere virtualiter, non formaliter. Sed explicari non potest, in quo consistat hæc virtualis infinitas, seu continentia, aut in quo fundetur, cum non consistat in infinitate intensuam talis naturæ, neque in ea fundari possit, vt probatum est: nulla ergo assignatur ratio, ob quam perfectioni talis naturæ repugnat communicari multis individualibus in essentiali perfectione similibus. Hujusmodi ergo substantia, quamvis abstracta à materia, simpliciter finita sunt. Neque enim oportet, vt limitationem habeant à materia propriæ dicta (quicquid quoad hoc sit de materialibus formis) sed ex propria differentia, vel ex se, & ex propria entitate, aut quia habent tale esse receptum, aut denique, quia natura sua in tali supposito existunt: igitur ex infinitate nulla ratio sumi potest, ob quam huiusmodi nature immateriales essentialiter sint individua, & incommunicabiles.

Dici aliter potest ex sola immaterialitate sumi insufficientem rationem. Quia res, quæ carent materia, non possunt materialiter multiplicari, vt per se consistat ergo solum formaliter & essentialiter seu specie: ergo non individualiter, seu secundum numeri multiplicationem: quia hæc est materialis multiplicatio. Sed hæc etiam ratio, si verba materialiter, & formaliter, proprie sumuntur in primo antecedente, insufficient est, & principium petit, nam conclusio ipsam in ratione sumit, nemirum, vel distinctionem numericam sumi ex materia, vel idem esse differre numero, quod differre materialiter. Esto enim in rebus materialibus hac habeant aliquam veritatem, quod postea examinabimus, tamen inde non potest sufficiens argumentum sumi ad immaterialia. Distinctio ergo individualis latius patet, quia materialis differentia disto modo sumpta: differre enim numero, solum est distinguui in propriis entitatibus cum conuenientia & similitudine in integrâ ratione essentiali: quod communè esse potest, tam rebus spiritualibus, quam corporalibus. Vnde si materiale, & formale, latius sumuntur, prout formale dicit rationem essentiali præcisam, materiale vero, quicquid illam contrahit, & determinat ad talem entitatem, sic duo angelii eiusdem speciei, quamvis distinguantur, vt duæ formæ integræ possunt dici non distinguui formaliter, seu materialiter, seu entitatiue, sicut distinguuntur inter se duæ animæ rationales.

Et hoc exemplo potest primo confirmari hæc sententia; nam anima rationalis physice considerata etiam est complex entitas, & spiritualis, & tamén non

I 2 est

XXVII.

est individua ex ratione essentiali, sed aliquid secundum rationem addit. Sed dicunt, animam rationalem habere transcendentalis habitudinem ad corpus, & inde individuari. Sed hoc in primis est incertum, nam fortasse tam verum est, hanc animam id eo dicere talem habitudinem ad corpus, quia talis ipsa est, sicut est conuerso. Et deinde quidquid de hoc sit, ad præsens non refert, nam idem argumentum proportionale sumi potest, anima enim rationalis, quæ habet suam specificam rationem cum habitudine transcendentali ad corpus, non habet individuationem ex vi illius præcise, sed ex additione aliqua secundum rationem, per quam illa habitudo determinatur ad tale corpus, vel potius ad talem habitudinem ad corpus, ergo eadem proportione, substantia angelii, quæ habet rationem essentialem absolutam ab alijs transcendentali habitudine, non erit individua ex vi illius, sed ex aliquo addito secundum rationem proportionato illi. Et simile argumentum sumi potest ab accidentibus spiritualibus in quibus individuum addit aliquid supra speciem, non solum in ordine ad diuersa subjecta, sed etiam respectu ejusdem: ideo enim possunt haec accidentia respectu ejusdem subjecti numero distinguiri, & multiplicari, sicut successivæ, ut patet de diversis actibus ejusdem rationis in eodem intellectu angelico: si ergo in illis actibus reperitur eadem ratio specifica spiritualis contrahibilis ad diuersa individua, non ex diuersis subjectis, sed ex diuersis differentiis individualibus in ordine ad idem subjectum, cur non poterit eadem ratio specifica substantialis, & spiritualis similiter contrahi per differentias individuales sibi proportionatas? Certe nulla potest reddi sufficiens ratio. Atque similia argumenta sumi possunt ex aliis entitatis simplicibus, que ex se ipsis possunt numero distinguiri, ut sunt duas materiae, vel duas quantitates; vt videbimus latius, sectione sequente.

XXVII. Denique sine causa limitatur divina potentia, vt non possit plures angelos creare similes in essentia, & specie, aut, si annihilare voluisset malos angelos, non potuisset alios similes creare, quod certe per se incredibile est; & ideo reliqui fere Theologi in 2. diff. 3. docent id fieri posse a Deo. Scotus questione 7. Durand. questione 3. Gabr. questione 1. & alii & Marsil. in 2. questione 3. articul. 3. Alexand. Alens. 2. part. questione 20. membr. vlt. articul. 2. & 7. Metaph. text. 41. & ex Thom. Ferr. 2. cont. Gent. cap. 93. dicit non repugnare de potentia absoluta hujusmodi distinctionem numericam substantiarum spiritualium, quāmuis negat esse secundum ordinem naturalem returnum: & fuit Diuus Thomas opuscul. 16. capite ultimo, vblate docet, substantiam immaterialē esse unam numerō singularem atq; individuām, quia ex se non est nata participari a multis. Subdit tamen rūdis esse ingenij, inde colligere non posse a Deo multiplicari. Sed quidquid fit de hoc modo loquendi, an hoc sit dicendum possibile de potentia absoluta, vel naturali, seu ordinari, quod fortasse est quæstio de nomine: tamen quacunq; ratione id sit possibile, sufficere concludit substantiam immaterialē non esse individuam ex vi sua rationis essentiali & specifici; nam si hoc haberet, implicaret contradictionem, talem substantiam individualiter multiplicari, sicut implicat, idem individuum numericē multiplicari. Vnde etiam obiter constat, propriam vocem ignorare, qui dicunt, in naturis Angelicis dari conceptum objectuum vere specificum, & logicè (vt aiunt) vniuersalem, & tamen illam naturam esse ex seita incommunicabilem, vt implicet contradictionem esse in pluribus individuis solo numero distinctis: est enim hæc aperta repugnancia: nam, si illa natura non potest vel modo esse in multis individuis, ideo est, quia ex se, & ex proprio conceptu essentiali est ita incommunicabilis; ergo, si talis est, repugnat illam

abstrahere ab hoc individuo, & reddere communicablem, seu indifferentem, quia hac eadem abstractio est contra ejus naturam & essentiam, sicut constat aperte in natura diuina. Verius ergo, magis que consequenter dicitur, sicut in substantijs immaterialibus dantur veræ ac propria species, ita etiam dari individuum, quod aliquid secundum rationem addat supra speciem, & consequenter posse etiam dari plura similia individua. An vero de facto dentur, & quid in hoc sit magis consentaneum Scripturis & Patribus, ad Theologicas pertinet disputationes.

Satisfit fundamentis aliasura opinionum.

AD fundamētum primæ sententiaz respondetur, illa omnia, quæ in primo argumeto numerantur, solum indicare, naturam specificam dicere conceptum objectuum secundum rationem præcūsum ab individuis, atque è contrario individuum aliquid ratione distinctum addere supranaturam specificam. Nam scientia humana est de rebus vniuersi conceptis, de quibus immediate sunt definitiones & demonstrationes; & ad hoc satis est, ut secundum rationem possint abstrahi, quāmuis in re ipsa non separantur. Quod patet ex dictis de conceptu entis, de quo datur scientia, & sunt demonstrationes, quāmuis constet, re ipsa non esse præcūsum à propriis rationib; entium, sed tantum secundum rationem abstrahi. Vnde hæc etiam distinctionis est ad illas causales locutiones, quia homo est risibilis, Petrus est risibilis, quia in eis non datur causa realis & physica, qua intercedat inter Petrum, & risibilem, sed explicatur ad quæratio, & origo illius proprietatis.

Ad secundum respondetur in hujusmodi argumentis (quod supra notauit tractando de conceptu entis) facile committi & inuocationem, argumentando ex modo concipiendinostro; & ex vsu verborum, quibus significamus res ve à nobis conceptas, ad res ipsas prout in se sunt, distinctionem rerum ex distinctione secundum rationem colligendo, quod est fallax argumentum. Respondetur ergo, hominem vt sic significatum & conceptum, non dicere, neq; includere in sua ratione essentiali individualē differentiam aliquam, ut argumentum recte probat. Et patet, quia secundum rationem ab omnibus illis præscinditur, & per plures hujusmodi differentias secundum rationem contrahi & determinari potest. Vnde recte concluditur aliquid debere addi, quod sit extra essentiam hominis sic concepti, vt singularis fiat; nego tamen inde sequi distinctionem in re inter naturam hominis communem, & individualē ejus differentiam, quia natura hominis non reperitur in re ita communis & abstracta, sicut per intellectum concipitur. Cum autem dicitur, quod est de essentia, & quod est extra essentiam, distinguere ex natura rei, & non tantum ratione; respondetur, dupliziter intelligi posse aliquid esse extra essentiam. Vno modo secundum rem, seu considerando res ipsas prout sunt à parte rei, alto modo secundum rationem præscidentem unum ab alio, quāmuis in re præcūsum non sit. Priori modo verum est (præfertim in rebus finitis) quidquid à parte rei est extra essentiam, debere ex natura rei distinguiri ab illa, quia non potest alia ratione dici esse extra essentiam; nego tamen hoc modo differentiam individualē, verbi gratia, Petri aut Pauli, est extra essentiam hominis, vt in ipso existentis: nam homo in re non existit, nisi in Petro, Paulo, &c. & in vnoquoque propria ejus differentia est de essentia hominis, vt in ipso existentis. Dices, inde sequi hominem in Petro, & Paulo dif-

fere

ferre essentialiter, seu Petrum & Paulum non habere eandem essentiam. Respondetur: non habere eandem realiter, tamen habere eandem ratione, quod in re nihil aliud est; quam habere similem, & quia differre essentialiter sub his verbis non significat tantum realem distinctionem essentiarum, sed negat etiam essentialem similitudinem, & conuenientiam arque adeo unitatem essentie secundum rationem; ideo simpliciter non conceditur, differre essentialiter ea, que solo numero differuntur. Tamen si illa verba solum in priori sensu sumerentur, veluti esset, Petrum & Paulum essentialiter differre, juxta quam significacionem negamus in Deo, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum differre essentialiter, quia nec differentiam essentialalem habent, nec distinctionem essentiarum. Posteriori autem modo, scilicet secundum præcisionem rationis, dicuntur esse extra essentiam conceptus objectui omne id; fine quo saluari potest talis ratio concepta; & hoc modo non est necesse, ut id, quod esse dicitur extra essentiam, sit distinctum ex natura rei ab alio: sed sufficit, quod ratione distinguatur, quia illud metu verbum extra, non significat absolute esse extra rem, sed esse extra conceptum, seu esse extra rem ut conceptam.

XXXI. Vnde ad confirmationem eandem fere distinctionem respondendum est, nam à parte rei homo non constituitur, ut homo præcise, neque in se separatus, sed constituitur, ut Petrus, Paulus, Franciscus, vnde in unoquoque eodem constituitur homo, quo Petrus; neque in re est aliquid vere unum constitutum hominis, quod resp̄la commune sit, sed sunt plura constitutiva singulorum hominum, in quibus dicitur esse ratio communis fundamentaliter propter conuenientiam & similitudinem, quam inter se habent, ut sequente disputatione latius dicimus. At vero secundum rationem, sicut homo communis abstrahitur, ita intelligitur habere adiquatum & commune constitutum; inde tamen solum potest concludi, illud esse ratione distinctum à singularibus differentiis, quæ individua specialiter constituantur. Ad tertium respondetur ex dictis de conceptu entis constare, illa argumentatio non probare distinctionem ex natura rei; idemque ostendemus de naturis vniuersalibus, & inferioribus dissequente.

XXXII. Ad primum argumentum secundæ opinionis respondetur, recte probare, rem non fieri singularē per additionem realitatis, vel modi ex natura rei distinctioni natura, quæ singularis fieri dicitur, quia omnis distinguebitur supponit entitatem & consequenter singularitatem in utroq; extremo. Non probat autem argumentum illud non posse rem fieri singularē per additionem alicuius ratione distinctionis: quia hæc distinctione non supponit entitatem actualē, & consequenter neq; singularitas in utroq; extremo, quia cum hæc distinctione sit per conceptus, facile intelligi potest inter rem vniuersale conceptum, & modum ejus.

XXXIII. Et juxta hanc doctrinam facile soluuntur nonnulla, quæ Caietanus de ente & essentia, capite secundo, questione quartâ, obicit contra doctrinam Scoti, quatenus contra primam, & tertiam conclusionem à nobis postulas applicari possunt, quale est illud, Actus singularis supponit potentiam singularē, 2. Physic. capitul. 3. text. 36. sed id, quod addere dicitur individuum supra speciem est actus singularis natura, ergo supponit naturam singularē: quia respicit illam ut potentiam, respondetur enim majorem esse veram de actu & potentia realibus, & ex natura rei distinctionis, de quibus loquitur Aristoteles citato loco; non vero de actu & potentia ratione distinctionis propter causam explicatam. Sicut etiam actus specificus non supponit potentiam specificam, sed genericam. Aliud argumentum

Franc. Suar. Metaph. Tom. I.

ejus est: Quod conuenit vni individuali, & repugnat alijs, supponit distinctionem illorum, sed differentia individualis est hujusmodi, ergo non facit distinctionem, sed supponit. Hoc autem argumentum ex vi formæ infirmius est. Nam facile potest negari maiori, ut patet in simili forma, quod conuenit vni speciei, & repugnat alteri supponit distinctionem earum: addendum enim est, vel facit: idem ergo addendum est in praesente. Tamen si argumentum non fieret de ipsis individualibus, sed de natura, quæ per hanc differentiam individuali contrahitur, potest habere vim contra distinctionem ex natura rei inter illam differentiam & naturam, non vero contra nostram sententiam. Nam in distinctionis individuali sunt etiam naturæ realiter distinctæ, unde si differentiæ individuali sunt ab eis ex natura rei distinctæ, necesse est, ut differentia, quæ conuenit vni & repugnat alteri, supponat earum distinctionem & non faciat illam: quia supponit, ut dictum est, potentiam singularis sibi proportionaram, & consequenter distinctam ab alia, quæ sibi proportionata non est: atq; ita iam non erit differentia individualis, ut supra etiam argumentati sumus. At vero ablata distinctione ex natura rei non procedit argumentum respectu naturæ contrahendæ, quia sic non est vna, & altera natura; ut possit differentia conuenire vni, & repugnare alteri, sed est vna secundum rationem. Si vero sit sermo de natura non ut contrahibili, sed ut contracta, sic iam est ipsa res individualis quæ per ipsam differentiam constituitur, & distinguuntur ab alia.

Ad secundum respondetur, solum procedere de XXXIV. Ultima ratione formalis vnius, seu unitatis individualis, quæ in negatione consistit, de qua fatemur non addere aliquid supra entitatem individuali præter negationem, nos autem agimus de fundamento hujus negationis, & de eo, quod addit entitas singularis supra communem naturam, ratione cuius talis negationis capax sit.

Ad tertium aliqui dicunt, hoc, quod addit individuali supra speciem, esse accidentale. Sed hoc esse falsum, continetur, tum argumentis ibi factis, tum alijs quod faciemus seq. tum etiā ex dictis: nam si hoc additum solum est ratione distinctum à substantia, seu essentia rei, & per se illi coniunctum tanquam per se determinans naturam communem ad particularē, quomodo potest esse accidentale? Alij ergo simpliciter vocant hoc essentiale individuali, non specie, quod reuera ita est, si rem ipsam consideremus, nam quod omnino intrinsece constituit, & componit hoc individuali, est propria ejus differentia simul cum natura commoni: neque potest, non solum esse, verum nec concepi hoc individuali fine tali differentia. Tamen secundum rationem, & secundum modum loquendi Dialecticorum, & Metaphysicorum accommodatum modo concipiendi nostro, non appellatur hæc differentia individualis essentialis, sed intrinseca, entitativa, & quasi materialis, ut distinguatur à differentia specifica, quæ maximè formalis est: sumitur enim ex illo gradu in quo individualia formaliter conueniunt, seu assimilantur. Itaque hoc sic declarandum videtur, quod individualia ejusdem speciei cum reali distinctione habent integrant, & perfectam similitudinem in natura, in quo differunt ab individualibus differentibus specie sub eodem genere, quæ inter se non habent tantam, tam perfectamque similitudinem. Hinc ergo fit, ut mens nostra concipiatur id, in quo illa individualia inter se conueniunt, tanquam unum quid, & tanquam id, quod est formale in illis, & quod per se conferit ad scientiam: nam distinctione in sola entitate censetur esse quasi per accidens, & ideo vocatur materialis. Eandemque ob causam definitio scientifica non datur, nisi de communī & specifico conceptu, arque in hoc sensu species ultima, dicitur tota

I 3 essentia

essentia individuorum, scilicet, formaliter ac praesente sumpta, & concepta, & prout eius cognitio ad humanam scientiam deseruit, qua non descendit ad particularia secundum proprias, & individuas rationes eorum, quia nec potest eas percipere propter in se sunt, neque agit de accidentibus propriis individuorum, quia vel contingenter, & per accidens eis conueniunt, vel si fortasse sunt aliqua omnino propria, & que latenter, ac ipsa individuas differentia. Denique, quia est valde operosum, ac pene infinitum ad singula particularia defensio-
nem. Nihilominus tamen non est dubium, quin individua, etiam solo numero differant, habeant in re distinctas essentias, quae si prout in se sunt concipiuntur & explicentur, diuersis conceptibus, & definitionibus declarandæ erunt; & distinctas etiam habebunt proprietates saltem secundum rem, vel secundum aliquem modum proprium, sub qua ratione cadunt sub scientiam angelicam, vel diuinam.

XXXVI. Ad tertie opinionis fundamenta responderetur. Ad Aristotelem in septimo Metaph. primo responderi potest cum Alexandro Alesio ibi, cum Aristoteles ait, in separatis à materia non distinguunt quod quid est ab eo cuius est, non sumere materiam cum omni proprietate pro materia prima, vel pro subiecto proprio aliquius forma, sed pro quoquis supposito, quod à parte rei sit aliquo modo distinctum à natura sua, quomodo nulla substantia creata dici potest abstracta à materia, quia in omnibus natura est in supposito aliquo modo ab ipsa distincta. Hec doctrina est vera, sed non existimat Aristotelem eo in loco in sensu fuisse locutum. Alter exponit Alexander Aphrodites, qui existimat, & reuera valde probabilitatem Aristotelem in vtroq[ue] loco supra citato de eisdem substantiis esse locutum, & eodem modo comparare quod quid est, cum eo cuius est. Quod ex verbis eiusdem Philosophi confirmari potest: ait enim in illo tex. 41. *Dictum est insuper, quidditatem, & numerum quodque idem in quibusdam esse, ut in primis substantiis*; ita enim legit ipse Alexander. Et quamvis in textu communiter eo loco non repetatur illa particula, *dictum est*, tamen, quia paulo ante præcesserat, hanc etiam clausulam comprehendit, ut ex contextu satis patet. Hinc ergo per primam substantiam non intelligit Alexander immateriales substantias, ut D. Thom. quia Aristoteles in posteriori loco sese referat ad ea, quia in priori dixerat, ibi autem nihil de immateriali substantia in speciali dixerat, neque in alio assert speciem rationem, ob quam, differentiam in hoc constituant inter materiales, & immateriales substantias, neque est nullum indicium, ob quod dicamus æquiuocem vti illo termino, *cum eo cuius est*, ut in priori loco sumatur pro definito, hic vero pro supposito, ut ita diuersa sit comparatio vtroque loco facta. Ac denique nunquam Aristoteles nomine *prima substantia* vnius fuerat ad significandas specialiter immateriales substantias, nam licet libro quarto, capitulo tertio, text. 7. videatur illa vox vii in ea significacione, tamen, & Commentator ibi per primam substantiam, Deum intelligit, & quidquid sit de illo loco, nullum inde sumitur argumentum, ad alium in quo modo versamus, itaque eadem est iuxta hanc expositionem sententia Aristoteles in vtroque loco. Per primas ergo substantias intelligit Alexander qualibet supposita substantialia, à quibus non separatur quod quid est, id est, communis natura. Quod vero Aristoteles subdit: *Priman substantiam dico, quæ non dicitur eo, quod aliud in alio insit, ut in subiecto, vel materia, explicatur ab Alexandro de substantia, quæ non significatur ut aliud in alio, sed tanquam unum per se consistens, in quo differt à compósito accidentali, ut est album, verbi gratia, aut humum, in quo aliiquid significatur, ut in subiecto tanquam in materia existens, de huiusmodi enim compósito ex tali*

subiecto, ut materia, & accidente ut illa existentia, subdit Aristoteles in eo, cum sit unum per accidens, quod quid est distinguuntur subiecto, in quo est. Atque ita iuxta hanc expositionem nihil potest ex predicto textu contra nostram sententiam colligi. Præter hanc vero expositionem probabilem, habet ille locus aliam fortasse probabilem, ramen, quia attingit questionem de distinctione naturæ à supposito in rebus immaterialibus, tradetur commodius infra disputatione de distinctione naturæ, & suppositioni in rebus creatis.

Ad aliud testimonium ex 3. de anima, si communis expostio retinenda est, nihil responderi potest, nisi Aristotelem fuisse illius sententia, quod tandem concedit Scotus in secundo, distinctione 3. quæst. 7. ad primum, ubi ait, Aristotelem existimasti Angelos esse entia per se necessaria, & ideo non potuisse consequenter existimare posse dari plures Angelos in una specie, nam si dari possent, darentur de facto, quia in per se necessarii & aeternis idem est esse & posse. Et similiter si plures esse possent, in infinitum etiam multiplicari possent, ac denique actu esse infiniti. Sed fundamentum huius discursus incertum est, scilicet, Aristotelem sensisse Angelos esse entia per se necessaria. Et fortasse Aristoteles quando hanc differentiam ponit inter individua materilia & immaterilia, non loquitur præcisè ac Metaphysice de individuo, ut dicit solam substantiam singularem, sed loquitur physice de individuo vni re ipsa est suis accidentibus affectum: quo modo videtur loqui in dicto loco 3. de anima: nam materiale individuum tale dicit esse ut circa illud sensus veretur, quod non est verum de individuo rigorosa ac Metaphysica præcisione sumptu, sed solam posteriori ac physico modo. Et ita potest facile inveniri differentia inter materiale, & spirituale in dividuum.

Ad rationem predictæ sententiaz (quidquid sit de illa opinione, quod in rebus materialibus, materia signata est principium individuationis, quam statim disputabimus) responderur, quamvis in rebus immaterialibus non detur hoc principium individuationis, aliquod tamen dandum esse proportionale, quia etiam illæ substantia individua sunt, ratione ex vi rationis specificæ, sed singularis. Unde cum dicatur substantia spiritualis, se ipsa esse individua, si intelligatur se ipsa, id est, ex vi sui rationis specificæ, perit principium, & falsum assumitur, ut probatum est, si autem intelligatur, se ipsa, id est, per suam entitatem, est quidem id verum, sed nihil impedit, quin in illam etiaret, ratione distinguantur specifica ratio, & differentia individualis: & quod eadem entitas secundum diuersos respectus possit esse vtriusque principium ac fundamentum. Nam quod hoc eadem fere ratio est de materialibus substantiis: nam, siue materia signata, dicatur principium individuationis earum, siue quidam aliud, nihil tamen esse potest, quod non sit ipsam entitas essentialis rei, vel tota, vel partialis: vnde in eadem oportet distinguere, & rationem specificam, ob quam dicatur esse essentia, vel pars essentia: & rationem aliam non re, sed ratione distinctam, ob quam dicatur esse individuationis principium.

S E C T I O III.

Vixit materia signata sit individuationis principium in substantiis materialibus.

Mittimus diuinam substantiam, quoniam, ut diximus, illa per se & essentia-
liter individua est, vnde non est, quod in ea queratur individuationis principium, magis quam essentia, vel ex-
tentia ipsius.

Benson

Sensus questionis.

VT autem sensus questionis intelligatur, sumendum est ex dictis factis praeced. in huiusmodi substantijs creatis considerari posse Metaphysicam compositionem, quæ secundum rationem est ex natura specifica & differentia individuali: sicut enim id, quod addit species supra genus, iuxta Metaphysicam considerationem est differentia diuisa, seu contraria generis & constitutiva speciei, ita id quod addit individuum supra speciem recte dicitur differentia contra-stitutiva speciei, & constitutiva ac distinctiva individuum, quæ verè ac propriè differre numero dicuntur: propterea enim species dicitur de pluribus differentiis numero predicari. Item ostendimus hoc, quod addit individuum supra speciem, licet sit tantum ratione distinctum, tamen reale esse, & positivum fundans negationem, seu individuationem propriam individui, quia per se incommunicabile est, & distinctum ab alijs, seu incommunicabile alijs individuis: & ideo adiunctū speciei cum illa constituit individuum per se unum sub tali specie: nihil ergo illi deest, quo minus veram habeat rationē differentię. Vnde nonnulli: hoc putant esse assignandum principium individuationis, & nullum aliud esse querendum, ut videre est in Scotio, in 2. distinctione, quæst. 6. & Fonseca lib. 5. Metaphys. c. 6. sectione 1. Sed non disputatur in hoc sé- fuiusquesto, hec de illa verè est diversitas opinionum inter eos, qui de principio individuationis disputat. Sensus ergo quæstionis est: quoniam fundamentū, vel principiū in re ipsa habeat illa differentia individualis. Solent enim hac Metaphysica prædicata sumi ex principijs realibus constituentibus rem, quod modo genus dici solet sumi à materia, & differentia à forma, & denominatioes substantiales interdum sumuntur à materia, ut cum homo materialis dicuntur, interdum à forma, ut cum dicitur rationalis, interdum tota natura composita, ut cù dicitur homo: ad hunc ergo modum in præsente inquiritur, quod sit principium huius differentię individualis. Ex qua declaratione constat hic, non inquiri principia, vel causas extinsecas individuationis, seu potius individuum, quales sunt causa efficientia, & finalis: nam hæ non aliter causant individuationem, quam cau- sando entitatem individuum, seu dando ipsum intrinsecum principium individuationis: hoc ergo est quod inquirimus. Et licet quæstio generalis sit de omnibus substantiis creatis, quia tamen materiales sunt nobis notiores, de illis dicemus prius, & deinde facile constabit, quid nos coniectari possimus de spiritualibus. Et quoniā variae sunt de hac re opinio- nes, quæ prolixam postulant examinationem, eas si- gillarim traxerimus.

III. Est ergo celebris sententia, affirmans principium individuationis esse materiam signatam. Hæc est sententia D. Thom. i. parte, quæstione 3. articulo 3. ad tertium, & quæstione 50. articulo 4. 3. pârt. quæstio. 77. articulo. 2. & in 4. distinctione 12. quæstione 1. articulo 1. quæstioncula 2. & Opus. 29. & de ente & essentiā capi- t. 2. vbi Caietan prolixè hoc disputat ac defendit, & Capreol. in 2. distinctione 3. Soncin. 7. Metaphysicorum quæstione 33. & 34. Ferr. 1. contra Gent. capite 21. & aliis infra citandi. Et existimat hæc sententia Aristot. nam varijs in locis distinctionem, & identi- tatem numericam materiæ primæ attribuendam censet. Vnde lib. 5. Metaphysic. cap. 6. text. 42. dicit, ea esse unum numero, quorum est materia una: & lib. 7. cap. 8. text. 28. ait, formam in his carnis, atque osibus esse Socratē, & Calliam. & capite 10. text. 25. Singulare (inquit) ex ultima materia jam Socrates est. & ex hoc principio in libro 12. Metaphysicorum capitul. 8. text. 49. concludit, pri- num motorem non posse esse, nisi unum numero, quia est expre- sione, existimans necessarium, ut quæ conuenient

specie, & differunt numero, materiali habent, & per materiam differant. Et similiter primo de celo, capitulo nono, probat non posse esse alium medium, quia hic mundus totam materiam rerum naturalium complectitur. Ex his ergo testimonijs apparet; hanc fuisse sententiam Aristot. iuxta quam consequenter dicendum est (vñ dicunt predicti auctores) in subtili- tatis immaterialibus non esse possum individuationis principium, nec propriam differentiam individualem, sed solum naturam de se incommunicabi- lem.

Fundamentum huius sententie, si rationem spe- ctemus, serè nullum inuenio, quod ad Aristotelis autoritatem non reuocetur, scilicet, quia materia est principium multiplicationis, & distinctionis in- dividuum intra eandem speciem, ut Aristoteles testatur citatis locis, sed illud est principium individuationis, quod est principium numerica distinctionis: ergo. Secundo, quia illud est individuum quod est incommunicabile in inferioribus similibus: sed ma- teria est primum fundamentum huius incommuni- cabilitatis: nam forma, cum sit actus, de se communi- cabilis est, materia autem cum sit prima potentia, de se est incommunicabilis. & forma tunc limitatur: & determinatur, cum ad hanc materiam coarctatur. Tertio, quia individuum est primum subiectum in Metaphysica coordinatione: de illo enim omnia su- periora prædicantur, & ipsum non de aliis: ergo pri- mum principium & fundamentum individui, ut sic esse debet illud, quod est primum subiectum inter principia Physica: huiusmodi autem est materia: ergo.

Expenduntur rationes dicta sen- tencie.

Sed antequam vñterius progrediamur, hæ ratio- nes, seclusa auctoritate, non sunt magni momen- ti. Ad primam enim facile potest responderi, negan- do maiorem: nam potius illud est principium multipli- cationis, quod est principium distinctionis: prin- cipium autem distinctionis non est materia, sed potius forma, nam ut est in communī prologo. Actus est, qui distinguit. Vnde D. Thom. cont. Gent. capite 40. ex professo probat, materiam non esse primum causam distinctionis rerum, & quævis de distinc- tione essentiæ præcipue loqui intendat, rationes tamen eius etiam de distinctione numerica vrgere videntur, præsertim, quod in secunda ratione in- quirit, formam non sequi dispositionem materia, sicut pri- mum causam, sed magis conuerso materia sic disponi, ut se- quatur talis forma. Item quod ibidem ait: ea, qua redu- cantur in materiam sicut in priam causam, esse præter intentionem agentis, & casu fieri. Si ergo materia est primum causa, ob quam est esse tale individuum, individuum ut sic casu fieret, & præter intentionem agentis. Item, quod ibidem ait in quarta ratione, vnam mate- riā indigere alio a se distincto, ut distinguantur ab alia mate- ria: non ergo illa est prima causa distinctionis, ut in ratione facta sumebatur. Quapropter his & alijs rationibus conuicti multi ex auctoribus, qui prædi- catam opinionem sequuntur, fatentur, cum duo sint de ratione individui, scilicet esse incommunicabile in inferioribus, & esse distinctum ab alijs individuis, materiam esse principium individuationis quoad primum, quoad secundum verè esse quantitatem, nam illa est, quæ ipsas materias distinguit: quod quā sit verè & consequenter dictum, postea examinabim- us: nunc enim solum vim dictarum rationum ex- pendemus. Prima autem ratio solum procedebat de individuatione quoad distinctionem unius ab alio, de qua iam predicti auctores fatentur, non oririā ma- teria. Aduerto tamen argumēta facta nū conuincere de omni distinctione, nā, ut infra dicam, materia suo modo

modo habet unde distinguat vnum ab alio, quatenus ipsa habet aliquem actum entitatum, probant tamen, non esse cur prima ratio totius distinctionis numerica, illi potius, quam alicui forma attribuitur.

VI.

Secunda ratio procedit de prima radice incomunicabilitatis, in qua primum constitut ratio individuali, ut supra declaratum est, nam distinctio ab alio, potius se habet consequenter iuxta supra dicta de vinitate in communi: unde si illa ratio efficiat, sufficienter probaret, materiam esse principium individuationis. Sed, si quis recte consideret, aperta & quiuocatio in eo disuersi committitur, cu enim dicitur, materiam esse, principium incomunicabilitatis individuali, ed quod ipsa sit primum subiectum, de se maxime incomunicabile, aut illa vox incomunicabile & quiuocè sumitur, aut falsum in probatione assumitur. Multis enim modis intelligi potest, materiam esse incomunicabilem: primo quod sit incommunicabilis alicui, ut subiecto physico, quod informet, vel cui inhaeret: & hic sensus est verisimus, & recte ex eo probatur, quod materia est primum subiectum: hoc tamen est impertinens ad rem, de qua agimus, tum quia non est de ratione individuali ut sic, quod sit incomunicabile alteri ut subiecto, nam accidentia sunt individualia, licet communicentur hoc modo, & formæ etiam substanciales, tamen etiam, quia illa incomunicabilitas non sufficit ad rationem individuali, materia enim ex via speciei est illo modo incomunicabilis, & tamen non est individualia ex via speciei, sed communis multis materialijs numero differentibus, non est ergo illa incomunicabilitas prima radix individuationis, etiam in ipsa materia, multo ergo minus poterit materia esse primum principium individuationis substantia ratione huius incomunicabilitatis. Alio ergo modo potest dici materia incomunicabilis, vel per modum cause, vel per modum partis, vel per modum nature supposito, vel per modum superioris inferioribus, & omnes isti modi falsi sunt: nam materia communicatur forma eo modo, quo est causa eius, & sustentat illam. Item materia communicatur, compito, ut pars toti, & ut causa etiam effectu quem non aliter causat, quam communicando illi intrinsecè suam entitatem. Item materia, ut pars naturæ communicatur supposito proprio tantum, si naturaliter loquuntur, supernaturaliter vero etiam alieno, ut in Christi humanitate videre licet; sed omnes isti modi nihil ad praesens referunt, ut perse constat. Ultimus vero modus (in quo solo termini in predicatione ratione assumpti vniuocè sumerentur) est aperte falsus, ut ratione supra facta conuinicitur: quia materia ut sic ex via speciei communicabilis est multis inferioribus, que illi possunt subiici in ordine ad predicationem, quoniam non possunt esse subiecta inhesionis. Quod si dicas materiam ut sic esse communem, materiam autem signatam, de qua illa sententia loquitur, esse incomunicabilem. Cōtra hoc est, quia materia signata, quidquid illa sit, non habet quod sit incomunicabilis ex ratione primi subiecti, in qua dictum argumentum fundatur, si ergo materia signata est incomunicabilis, erit ob alias causam, quæ communis esse poterit formis, vel alijs rebus, ut videbimus in sequentibus. Quocirca ad illam incomunicabilitatem, quæ est de ratione individuali, impertinens est illa ratio primi subiecti: nam, formæ angelicæ, & Deus ipse, sunt illo modo incomunicabiles, quoniam sint omnino actus, & non potentia. Vnde cum ibidem dicitur forma de se communicabilis, etiam extra propositum est: nam forma ut forma, est communicabilis materia ut subiecto, non ut inferiori: secundum suam etiam specificam rationem communicabilis est distinctis formis, & ideo secundum eam rationem non est individualia, tamen hac forma tam incomunicabilis est, scilicet hæc materia:

ergo quoad hoc non est maior ratio de vna, quam de alia.

Atq; ex his constat, tertiam coniecturam, nullam habere efficaciam, quia est logè diuersa ratio de subiecto inhesionis, & de subiecta predicationis. Quāuis enim excogitari possit quædam proportio inter hæc duo subiecta: nam superius comparatur ad inferius sibi subiectum ut forma dans esse, tamen simpli- citer non sunt eiudem rationis, nec vnu fundatur in alio: unde in simplicibus substantiis est subiectio seu subordinatio inferiorum ad superiora, sine subiecto inhesionis, seu informationis. Adde id, quod est subiectū predicationis, ex se non esse imperfectius, suo predicato superiori, sicut materia, quæ est pri- mū subiectū, est inferior forma: & ideo necessarium non esse, vt id, quod est primum subiectū in ordine generationis & imperfectionis, sit primum principium & fundamentum individuali, quod est primum subiectum in ordine predicationis, contingenit in se omnem perfectionem superiorum, & addens, quid proprium, quo illam veluti compleat ac perficit.

Obducuntur multa contra dictam sen- tentiam.

Ed videndum est, quoniam sententia hæc ratione contingit non posse, an valeat conuenienter defendi a sustineri, nam hoc satis nobis erit, ut saltem propter Arist. & D. Thomæ auctoritatem illam defendamus. Et prima ratio difficultatis circa illam esse potest, quia materia de se communis est, non solum quatenus eadem secundum rationem specificam communis est multis individualiis materia, sed etiam, quia eadem numero materia subesse potest multis formis, vel specie distinctis, vel solo numero diversis, saltem successiue, quomodo ergo potest materia esse principium individuationis? Nam principium individuationis debet esse maxime proprium, & nullo modo commune multis individualiis, nec simul, nec successiue. Propter hanc difficultatem additum est in illa sententia, materiam non ut unius, sed signatam quantitate, esse principium individuationis. Quid autem illa voce significetur, tam est obscurum, ut in ea re explicanda defensores huius sententiae inter se mirum in modum dissident. Quorum expositiones varias referre oportet, & examinare, ut quanta sit probabilitas huius sententiae, clarius appareat.

Primus modus explicandi materiam signa- tam reicitur.

Prima expositio est, materiam signatam quantitate nihil aliud esse, quam materiam cum quantitate, seu quantitate affectam: ex his enim duobus censem, hoc principium individuationis quāvis integrari, ut materia de se incomunicabilitatem, quantitas distinctionem, ut supra dicebamus. Ita Capreol. in 2. distinct. 3. quæst. 1. artic. 1. co[n]cl. & artic. 3. in responsis ad argum. contra illam. Idem Ferrar. 1. cont. Gent. cap. 21. & Soncin. libro 7. quæstio. 34. Faut D. Thom. quæstio. 2. de Verit. articul. 6. ad 1. vbi explicat materiam signatam naturalem esse materiam cum determinatione harum, vel illarum dimensionum, & q. 16. de Maio articul. 1. ad 18. dicit: materiam dimensionibus subiectam esse principium distinctionis numeralis, in his, in quibus inueniuntur multa individualia vnius speciei; & super Boetium de Trinit. quæst. 4. artic. 2. dicit: quantitatem distinguere res materiales. Et videtur fundatum in Aristot. 3. Metaphysic. capite 3. text. 11. vbi distinctionem specificam censem fieri per formam, numericam vero per quantitatem, & libro 10. cap. 3. tex. 4. tantum eos ponit divisionis modos, scilicet, secundum formam, aut secundum quantitatem, & 5. Metaph.

VII.

VIII.

IX.

taph. cap. 13. quantitati attribuit, quod fit principiu[m] diuisionis; unde quantum esse ait, quod dividipotest in ea, quorum vnumquodque hoc aliquid natum est esse: & 3. Phys. cap. 7. text. 68. dicit, numerum nasci ex diuisione continuo quanti. Ratio vero esse potest quia, ut materia fit principiu[m] individuationis, aliquid necessarium est, quod distinguat hanc materiam ab illa: sed hoc non est ipsa materia, quia distinctio debet fieri per actum: neque est forma, nam potius haec forma est distincta ab illa, quia in distincta materia fit, & recipitur.

Sed haec sententia falsa est, & grauibus rationibus impugnari potest. Duobus autem modis procedere possumus, primo, supponendo aliam sententiam, quam praedicti auctores tenent, quantitatem non esse in materia prima, sed in toto composito, & destrui corrupta substantia, & nouam comparari ad generationem substantiae. Ex quo fit, simpliciter loquendo prius hanc numero formam substantialem introduci in hanc materiam, & consequi quantitatem. Vnde conficitur argumentum, quia haec forma, cum primum intelligitur recipi in hac materia, intelligitur etiam recipi in materia distincta ab alijs, ergo formaliter, & intrinsecè non fit distincta per quantitatem. Item ex materia & forma præcise concepit, & vt præuenientibus quantitatem, resultat hoc individuum substantiale: ergo illud ut sic vnum est, non unitate rationis, sed unitate reali, & singulari, & trancendentali: ergo, sicut ex vi sua entitatis substantialis est in individuum, ita etiam est substantia, & entitatis distinctum ab omnibus alijs: ergo non habet distinctionem per quantitatem. Nec refert, si dicas, in genere cause materialis quantitatem esse priorem in materia, tum quia in ea sententia id non potest commode consequenter dici, ut infra transcursum est, tum etiam, quia saltem non potest id intelligi secundum veram distinctionem quantitatis in materia, quia iuxta illud principium, qualitas numeri inheret materia in duratione reali, sed composito: ergo neq[ue] in aliquo signo priori patet illi conuenire, quia quod à parte rei, & in duratione reali non conuenit, neque prius neque posterius conuenire potest: quantitas autem non facit rem eiusam, aut distinctam ab alijs, nisi in herendo & informando, ergo in nullo signo habet quantitas hunc effectum primò in materia, sed in toto compagno: ergo supponit illud iam individuum, & consequenter illa priori diuisione distinctum. Tum denique, quia ad vim rationis satis est, quod in alijs quo genercaus, quod simpliciter prius est, materia ut præuenit quantitatem habet ex se distinctionem. Deinceps potest ratio concludi, forma recipitur in materia nuda quantitate, ergo haec forma in hac materia, quia generatio in singulari fit, ergo ex illis resultat hoc individuum ante adiutum quantitatis, immo illa ad eum individuo iam constituto, quod posset Deus sine qualitate seruare distinctum ab omnibus alijs: ergo quantitas intrinsecè ac formaliter non intrat principiu[m] individuationis, vel totius compagine substantiae, vel singularium partium, huius scilicet, formæ & materie.

Secundo procedere possumus in alia sententia, quod quantitas in ea materia primæ, & manet eadē in gente, & corrupto, & tunc aliunde sumitur non minus efficax argumentum, quia non solū haec materia secundum se, sed etiam ut affecta haec quantitate potest esse sub diuersis formis, & consequenter in individuis numero distinctis: ergo non magis potest esse principiu[m] individuationis, quam sola materia. Dicetur fortasse, materiam cum dimensionibus interminatis esse posse sub diuersis formis, & vt si non esse principiu[m] individuationis, materiam vero cum his determinatis dimensionibus esse propriam huius individui, & vt sic esse principiu[m] individuationis. Sed inquirō, quid addant hę determina-

natæ dimensiones supra quantitatem. Dimensiones enim possunt dici interminatae, solum quia non dicunt certum terminum longitudinis, aut latitudinis, &c. & sic qualitas terminata solum addet certos terminos dimensionum, & hoc non satis est ad praesens, quia eadem materia hoc modo existens sub eadem certa, & determinata quantitate, potest subesse distinctionis formis, vi pater in eadem virga prius viridi postea secca, & similibus. Alter potest dici quantitas interminata illa, quæ non est affecta certis dispositionibus, ut taliteraritate, aut densitate, vel alijs qualitatibus, quibus materia ad hanc formam potius, quam ad alijs determinatur. Et hoc sensu admitti potest, materiam quantitate seu dimensionib[us] sic determinatis affectam, id est, si proxime disposita, ita esse propriam huius individui, ut non possit esse in alio. Veruntamen neque dicti auctores loqui possunt in hoc sensu, neque in illo esset vera eorum sententia. Primum patet, quia ipsi dicunt, quantitatem ex propria ratione & effectu formaliter distinguere vnum individuum ab alio: ergo non conuenit hoc illi ratione aliarum qualitatium seu dispositionum, alio qui non materia signata quantitate, sed materia signata qualitatibus deberet dici principiu[m] individuationis. Secundum patet, quia alias sequitur accidentia, quibus materia disponitur ad formam, intrinsecè includi in principiu[m] individuationis substantia: consequens est falsum: ergo. Sequela patet, quia materia signata iuxta hanc opinionem, intrinsecè ac formaliter includit hec accidentia ut ipsi inherentia, ipsamq[ue] determinantia ad eam formam. Minor vero, probatur primò, quia individuum substantia est per se vnum directe collocatum sub specie in prædicamento substantia, non ergo includit intrinsecè accidentia, cum tamē intrinsecè includat individuationis principiu[m]. Secundo, quia ostensu est supra, differentiam individualem in re ipsa non esse distinctam ex natura rei, à natura substantiali atq[ue] adeo esse ipsam etiam substantiam individuam: ergo principiu[m] intrinsecum eius non potest esse accidens, sed substantia.

Arque haec rationes possunt procedere etiam in alia sententia, quod quantitas non fit in materia prima, sed in toto composito, quia quantitas accidentis est, ergo in quoconque subiecto sit, non potest intrinsecè constitutionem individui substantialis ingredi: ergo non potest eius distinctionem efficere. Vnde abstrahendo ab illis sententiis possumus tertio arguimēti, quia, licet res prius natura sit in se vna, quam sit distincta ab alijs, tamen hoc posterius intrinsecè sequitur ex primo absq[ue] additione vlla positiua, quæ fiat ipsi rei, quæ est vna, sed solum per negationem, quæ, positio alio extremo, verum est dicere, hoc non esse illud. Itaque illud idem positivum, quod fundat unitatem quadam primam negationem seu individuationem in se, fundat consequenter posteriorem negationem distinctionis ab alio, quo sensu dici solet, & verissimum est, per illud rem distingui ab alijs, per quod in se constituitur, quia distinguuntur per id, quo est. Quo ferè sensu dixit D. Thom. I. p. quæst. 76. art. 2. ad 2. vnumquodque hoc modo habere unitatem quo habet esse. Et patet in unitate specifica, nam eadem differentiatione, quæ constituit speciem in se vnam, facit illā à ceteris speciebus distinctionem: vnde quod est principiu[m] differentiaz, est etiam principiu[m], non tantum unitatis, sed etiam distinctionis specificæ: ergo similiter in unitate individuali id, quod est principiu[m] individui, quoad constitutionem eius, & communicabilitatem seu individualitatem in se, est etiam principiu[m] distinctionis eius ab alijs: & è cōuerso, quod est principiu[m] distinctionis, debet etiā esse principiu[m] constitutionis. Si ergo materia per se, & secula quantitate constituit individuum in se incommunicabile & vnum, distinguunt etiam illud ab alijs, vel, si distinctionem dare non potest, neque incom-

incommunicabilitatem individualitatis dare potest. Et confirmatur. Nam incommunicabile hoc modo dicitur, quod ita est in se unum, ut non possit in multa similia dividiri, quod autem huiusmodi est, ex hoc praeceps habet, ut si alia existant, ab illis distinguitur. Idemque argumentum potest esse conuerso fieri de quantitate, quod, si illa est, quae distinguit individualitatem substantie, ipsa etiam debet ea constituere, vel e contrario, si non potest constituere, ut verius est, quia, cum sit accidentis, est extra totam latitudinem substantiae, & supponit potius subiectum individualium, neque etiam distingue potest.

XIII.

Respondent aliqui, rationem hanc recte probare, quantitatem non efficere primam distinctionem inter individualia substantiarum, non tamquam probare, non efficere aliquam distinctionem, scilicet numericam, & quantitativam, quod satis est, ut quantitas quoad hanc partem possit intrinsecè pertinere ad principium individualizationis. Sed haec responsio laborat in aequiuoco, nam, si qualitas non causat primam distinctionem, sed alia, interrogando, quemnam sit illa, quam supponit, que vero illa, quam causat: prior sane, nulla alia esse potest, nisi distinctione entitatis, qua haec materia non est; illa, aut hec substantia non est illa. Tum quia nulla alia distinctione prior excogitari potest, tunc etiam, quia haec est maximè intrinseca cuiuscumque entitati: sicut enim nihil concipi potest magis intrinsecum viciniis enti, quam entitas eius, ita nulla distinctione vel separatio ab aliis ente est prior illa, que hac negatione explicatur. Hoc ens non est illud, propter quod intelligi non potest vnam entitatem distinguere ab aliis entitatibus, ac primo, per aliud a seipsa.

XIV.

Vnde etiam fit (quod est nouum & sufficiens argumentum contra totam hanc sententiam) non pertinere ad effectum formalem quantitatis distinguere entitatem vnam materialis ab aliis, vel partem materialis à parte materiali, quia, sicut qualitas supponit materialis ut subiectum, ita supponit individualum entitatem eius, que per seipsam entitatem distinguitur, etiam alia entitatis simili: ergo distinctiones quantitatis supponunt distinctiones subiectarum, in quibus recipiantur, & distinctiones partes quantitatis, partes etiam subiecti entitatis distinctiones. Nam & hic locum habet argumentum illud Caetani, quod actus singularis supponit potentiam singularis, quod maximè verum est in actu & potentia realiter distinctis. Eò vel maxime, quod cum quantitas re distincta sit a materia, in qua inest, non potest illam facere ac distinctam a seipso: ergo supponit in illa entitatem, que per se potest distinguere sua quantitate: ergo per eandem poterit distinguere ab omnibus aliis, que non sunt ipsa: non ergo hoc pertinet ad effectum formalem quantitatis. Quod denique à posteriori confirmari potest: nam, si Deus separata quantitate conservaret substantiam corporis Petri, v.g. entitates partiales materialis, que sunt in manibus, pedibus, capite, &c. semper manerent entitatis distinctas, siue manerent unitas, siue non, quia licet vna entitas posset coniungi, vel separari ab aliis, tamen vnam fieri aliam, aut utramque coalescere in vnam individualib[us] conservando suam entitatem, aperta repugnancia est: quia & essent distinctas, & non essent distinctas.

XV.

Distinctione ergo, quam supponit quantitas in substantia, est distinctione entitatis, & substantialis: haec autem est, quae per se pertinet ad unitatem individualis, de qua tractamus: nam per haec intelligitur, individualum esse distinctum ab omnibus aliis, vel sub eadem specie, si cum similibus comparetur, vel etiam sub genere, vel sub quo cunctis praedicto communis: ergo, si substantia materialis haberet unitatem individualum transcendentalis, & non per quantitatem, non pertinet quantitas intrinsecus ad principium individualizationis, de qua agimus. Quod ex ipsa explicatur, nam qualitas, sicut dat substantias unitatem

quantitatiam, ita solum potest dare vel distinctionem quantitatiam, vel situalem, quarum prior solum consistit in hoc, quod una substantia sit sub diversis terminis quantitatis ab aliis, & ita non sit continua illi continuatione propria quantitatis; posterior autem consistit in hoc, quod una substantia sit extra situm seu locum alterius. Vnde etiam salvatur, quod qualitas ita distinguere, sicut constituit: primò enim facit substantiam in se extensam, unitam & terminatam quantitatim, & habentem hanc corpoream molem, consequenter vero facit illam replere spatium locale, & similiter primò distinguere quantitatem, & deinde situaliter: tota autem haec distinctione est extra rationem substantiarum individualium, & accidentaria illi, sicut & ipsa quantitas.

Quod quidem in distinctione situaliter est per se evidens, quia est valde extrinseca & mutabilis: & quantumvis res qualia sicut mutet, eadem numero maneat: imo per Dei potentiam potest eadem numero substantiam corpoream, vel sine quantitate, vel cum illa sine situ seruari: ad eum modum quo est Christi corpus in Eucharistia. Et similiter potest res eadē qualia cum duplice situ per Dei potentiam constitutis, ut tractando de mysterio Eucharistiae latè ostendi, & Disput. 48. duo distincta corpora in eodem situ collocari possint, & a Deo saepe factum est, ut in materia refutatione demonstratum est. Hęc ergo situaliter distinctione nihil ad unitatem, & distinctionem numericam referit. De distinctione autem quantitatis idem individualium est, quod de ipsa quantitate, & de unitate ab illa proueniente, quā supra ostendimus esse accidentalē ad unitatem intrinsecam, & entitatem substantiam materialis: vnde, licet illam naturaliter comitetur ad modum proprietatis, tamen ordine naturae supponit illam, & potius causatur ab illa, quā causet illam. Ad denique de potentia absolute posset materialis substantia eadem numero sine sua quantitate seruari, & consequenter retinere totam unitatem individualum cum incommunicabilitate ad distinctionem substantiali absq[ue] unitate, & distinctionem quantitatis.

Quo circa etiam Soncin. & Ferrar. tandem fatentur, substantiam materialis non habere à quantitate unitatem transcendentalē, sed tamen esse vnam numero per quantitatem. Sed mirum est, quod tam facile diuertant à vero sensu questionis, & terminis æquiuocè vtantur. Ut enim saepe admonimus, & omnes supponunt, & ipsi (vt existimo) non ignorant, cum hic agimus de unitate numerica, non accipimus numerū, ut est species quantitatis, sed ut in quibuscumque entibus reperi potest, ut notat D. Th. opusc. 16 c. vlt. vbi hoc modo ait: substantiam etiam immaterialē esse vnam numero, quomodo etiam Arist. in 5. Metaph. distinxit vnum numero, specie, genere, & proportionē. Hęc ergo unitas numerica in vnaquaque transcedentalis est, sicut unitas specifica, vel formalis suo modo est transcedentalis respectu nature communis: ergo, si substantia materialis haberet unitatem individualum transcendentalē, & non per quantitatem, non pertinet quantitas intrinsecus ad principium individualizationis substantiarum. Adde, eo modo, quod substantia est vna numero prædicamentali per quantitatem, non solum distinguere, sed etiam constitui, & fieri in se individuali & incommunicabilem quantitatem per eandem quantitatem: non enim posset qualitas facere aliquid vnum in suo genere, nisi faceret etiam individualum, cum in hoc ratio vnius constat: si ergo constanter, & vnuocè loquuntur de incommunicabilitate & distinctione eiusdem generis, male distribuunt haec munera, aliud materię, aliud quantitatem tribuendo: si autem nunc de incommunicabilitate substantiali postea de distinctione quantitatis loquuntur, non persistunt in vero questionis sensu, & æquiuocationem admittunt in vsu verborum.

Secundus

XVI.

Tertios. in 3. pars. Disput. 52. sec. 5. Secundo 11. in 3. pars. Disput. 48.

Secundus modus exponendi materiam signatam reuertitur.

XVIII. Secunda expositio est, materiam signatam quantitate non includere quantitatem ipsam intrinsecum, sed ut terminum habitudinis materie ad ipsam. Est enim materia natura sua capax qualitatis, sed ut sic non potest esse completem principium individuationis, quia est indiferens ad quamcumque quantitatem, sicut ad quamvis formam: per actionem autem agentis praeuiant ad generationem determinatur, ut sit capax huius quantitatis, & non alterius, & illa ut sic dicitur esse individuationis principium. Per quantitatem autem intelligimus hoc loco non solam mathematicam quantitatem (ut sic dicam) sed physicam, id est, physicis qualitatibus, & dispositionibus affectam. Ita rem hanc explicuit Caietanus & essentia, capite 2. quæst. 5. Sequitur Iauell. 5. Metaphys. quæst. 15. & ante illos AEGid. quodlib. 1. quæst. 5. artic. 1. Hæc vero sententia dispuicit eidem Caietan. part. quæst. 29. artic. 1. propter argumentum, quod infra referam, & ideo alium inuenit dicendi modum (si tamen est aliud) ait enim, non materiam, vt est in potentia ad hanc quantitatem, sed ut virtute præhabens hanc quantitatem, seu, ut est radix & fundamentum huius quantitatis, esse principium individuationis. Veruntamen non sat is intelligo, quid his verbis distinctum à priori significetur, quia materia præsertim in sententia Caietan. & aliorum Thomistarum non præhabet quantitatem in genere causa effectuæ, sed ab extrinseco agente fit, vel resultat à forma, solum ergo potest illam præhabere in genere causæ materialis, hoc autem nihil aliud est, quam habere illam in potentia receptiua, seu (quod idem est) habere potentiam ad illam: sicut materia ut præhabens formam nihil aliud esse potest, quam materia ut est in potentia ad formam, seu potius ut est potentia receptiua formæ, quia non aliter præhabet, quam in genere causæ materialis: idem ergo est in praesente propter eandem rationem. Omnia ergo illa verba, materia ut fundamentum, ut radix, ut causa eodem revoluuntur, quia materia non est fundamentum quantitatis, nisi materialis & passiua, neque est radix, nisi ut primum subiectum, nec causa, nisi materialis, quæ consistit in ratione potentiae receptiue, ex qua forma educitur: ergo illis omnibus verbis nihil aliud subesse potest, nisi potentia ipsius materie. Quocirca & argumentum ipsius Caietan. & que nos faciemus, quod procedunt contra hanc sententiam: & ideo necesse non est, illam ut diuersam tractare.

XIX. Cum his etiam coniungenda est alia, quæ dicit materiam signatam nihil aliud esse, quam materiam ultima dispositionem ad hanc formam, quia non disponitur, nisi qualitate talibus qualitatibus affecta. Hæc autem sententia duplicitate affirmari potest, primo intelligendo quantitatem, & alias dispositiones inheretere, & manere in materia, & simpliciter præcedere ordine naturæ introductionem formæ: & sic recte potest intelligi materia disposita, & signata ad formam, tamen hoc modo ponere materiam signatam principium individuationis est incidere in priorem sententiam Capreoli, quia hæc materia signata includit intrinsecæ quantitatem & accidentia, quæ impossibile est includi in principio individuationis, ut ostendimus. Quod si dicatur, has dispositiones licet inhereant materie, non tamen includit individuum intrinsecæ & formaliter, sed esse veluti conditiones requiritas, contra hæc est, quia inde fit, principium individuationis intrinsecæ & formaliter solù esse aliquid commune multis individuis, scilicet materia ipsam secundum se: hoc autem est impossibile, ut supra argumentabamur. Vnde hoc non esset assignare id, quod in se & revera est principium individuationis, sed summum, id, quod potest esse signum individuationis quod ad nos, vel occasio productio nis talis individui respectu agentis, de quibus modis postea dicemus. Alio ergo modo potest doceri hæc sententia, supponendo, quantitatem, & alias dispositiones non inesse materię, sed composto, & ut conficiunt ultimam dispositionem consequi formam: & in hoc sensu idem est, materia esse disposita, quod habere ordinem seu potentiam determinatam ad hanc quantitatem cum his dispositionibus: atq; hoc modo coincidit hic modus loquendi cum se cunda expositione adducta.

Hanc ergo totam expositionem falsam esse censeo. Et in primis in illa supponitur, materiam non habere sibi inherenter quantitatem, & dispositiones alias, quod, licet probabile sit, fortasse tamen non est æquè probabile ac contrarium. Deinde, supposita illa sententia, argumentatur Caiet. in i. p. nam potentia materie ad quantitatem recipienda est in genere qualitatis, quoniam potentia & actus sunt in eodem genere, ut Aristoteles ait in Metaphys. ergo nego illa potentia ad quantitatem potest intrinsecè pertinere ad principium individuationis substantię, alias individuum substantię non esset per se unum: constaret enim ex rebus diuersorum prædicamentorum. Hæc tamen ratio per se sumpta non est efficax: bene enim responderet Iauellus, potentiam pertinere ad genus sui actus primarij, ad quem per se primo ordinatur, & à quo suo modo sumit species: materia autem non est ita potentia ad quantitatem, ut per se primò ad illam ordinetur, sed ad formam substantialem: & ideo necesse non est, ut ad prædicamentum quantitatis pertineat. Quod autem in fauorem Caietan. instat Fonseca 5. Metaphys. capite 6. quæst. 4. scilicet, quamvis potentia materia simpliciter non pertineat ad quantitatem, tamen ut receptiua quantitatis ad illud prædicamentum pertinere: hoc (inquam) non vrgit, quia illa reduplicatio materie, ut receptiua quantitatis non addit potentiam realem ipsi materia, sed solum secundum nostrum modum concipiendi, & loquendi explicat illam potentiam per habitudinem ad secundariū terminum, qui est qualitas: & ideo necesse non est, ut ea ratione ad prædicamentum quantitatis pertineat. Quod ergo attinet ad vim argumenti fundati in illa maxima, actus & potentia sunt in eodem genere, bona est responsio Iauelli, ut latius infra dicemus tractando de causa materiali accidentis.

XXI.

Tamen ex eadem responsive sumitur argumentum efficax contra hanc ipsam opinionem, nam si potentia materia prius respicit substantiam, formam, quam quantitatem, ergo prius etiam determinatur eius potentia ad hanc formam substantiam, quam ad hanc quantitatem: ergo non signatur seu determinatur ad hanc formam per potentiam ad hanc quantitatem. Prima consequentia patet, tum quia potentia determinatur ad actu modo sibi proportionato: si ergo potentia ipsa substantialis est, & non respicit actu accidentalem, nisi medio substantiali, non determinatur nisi cum eadem habitudine & proportione: tum etiam, quia iuxta sententiam horum auctorum in re ipsa materia non recipit hanc quantitatem, nisi mediante hac forma, & quia recipit hanc formam, ideo recipit hanc quantitatem: ergo similiiter in potentia non determinatur eius capacitas ad hanc quantitatem, nisi quatenus determinatur ad hanc formam. Idemque argumentum procedit iuxta aliam formam loquendi Caiet. de materia ut præhabet quantitatem: quia materia non præhabet quantitatem, nisi in quantum præhabet formam, ad quam sequitur qualitas: ergo nec præhabet hanc quantitatem cum his dispositionibus, nisi in quantum præhabet hanc formam, ad quam sequitur hæc quantitas & hæc dispositiones: ergo non potest signari ad hanc formam per hoc, quod præhabet hanc quantitatem.

quantitatem: Denique eadem forma argumentandi procedit contra aliam locutionem de materia disposita ultima dispositione, quia materia non determinatur ad talem dispositionem ultimam, nisi mediata forma: supponimus enim non recipi in illa, sed in compo-
sito, ergo non potest materia sigillari, vel per habitudinem ad talē dispositionem, vel per ipsam dispositionem ut actu receptā, quia vtrōq; modo p̄cedit simpliciter determinatio huius materie ad hāc formam, tam secundum habitudinem, quam secundū actualem receptionem. Procedit autē hāc ratio de dispositione ultima, qua est in instanti generationis, & consequitur formam. Si quis v̄ero contendat materiam sigillari per dispositiones immediatē p̄cedentes, alia via procedendum est.

XXII. Vnde argumentor secundō, principaliter contra totam hanc dispositionem, quia materia de se est indifferens ad hanc quantitatē, & has dispositiones, & ad alias, & in instanti generationis (iuxta hāc sententiam) prius natura, quam recipit formam substantialem, relinquitur nuda omni accidente, & sine vlla entitate illi super addita: ergo manet quē indifferens, ac de se existit: ergo potentia eius non est determinata ad hanc quantitatē: quia ī intelligi non potest, quod potentia de se indifferens determinetur si ne additione vlla, vel mutatione in ipsa facta: ergo per talem potentiam sic indeterminata non sigillatur. Maior per se nota est ex natura materia. Minor etiam est per se nota in principijs huius, tententia, quam impugnamus, quia ante formam substantialem nihil aliud substantiale potest p̄telligi additum materie, quid enim illud esset, aut quo seret, aut quo fundamento, aut ad quid p̄natur? Neque etiam aliquid accidentale, quia nullum accidens p̄cedit in materia ante formam substantialem, & in omni sententia nullum accidens p̄cedit in materia quantitatē ipsam. Dicūt aliqui addi materię in illo instanti quendam modum realem & ex natura rei distinctum à materia p̄xuum ad introductionem formae substantialis cum sua quantitate, & alijs dispositionibus, & per hunc modū sigillari materiam, & nonnulli vocant illum modum substantialem, alij accidentalem. Sed vtricq; gratis loquuntur, neque explicare possunt aut ratione reddere eorum, quae dicunt; quod est à vera philosophandi ratione alienum. Nam primō inquirō, ad quid sit iste modus. Dicent, vt materia determinetur ad hanc formam. Contra, ipsa est indifferens ad hunc modum, & infinitos alios: per quid ergo determinatur materia, vt huc modum in illo instanti recipiat potius, quā aliū? Si enim dicas, determinari per aliū modum, procedimus in infinitū: si v̄ero dicas determinari per dispositiones immediatē p̄cedentes, melius dicetur immediatē determinari materiam ad formam, & ita superflius est iste modus. Pr̄terquam quod argumenta, quibus latim ostendēmus, non posse materiam per dispositiones p̄cedentes determinari ad formam, eodem modo probant, non posse determinari per eas ad talem modum recipiendū. Si v̄ero tandem dicatur, materia fine vlla determinatio ne p̄cipia recipere hunc modum virtute agentis, cur non dicetur idem de forma? fine ratione ergo vel fundamento interponitur hic modus.

XXIII. Secundō inquirō, quārō, & à quo fiat iste modus: nam vel fit paulatim, dum materia disponitur: vt fit in vno instanti, aut p̄xuo ad generationem, aut in ipso instanti generationis. Nihil autem horū commode intelligi, aut explicari potest: nam si dicatur fieri successiū & paulatim cum dispositionibus, erit intensibilis sicut illa: erit ergo aliquid accidens, ac proinde in instanti generationis corrūpetur. Item ex hac partē principium individuationis erit intensibile, & remissibile; erit etiam materia prius tempore sigillata in se ipsa, & modificata ad formam, quam illam recipiat. Et consequenter, cum hic modus sit

immediatē repugnans cum alio modo determinatiōnis, quā materia habet respectu formæ, sub qua existit, sequitur materia etiam paulatim illum amittere: & eadem ratione posset inferri, paulatim & successiū amittere visionem cum tali forma, quā omnia sunt absurdā & improbabiliā. Eademq; apertius sequuntur, si ponatur hic modus fieri totus simul in aliquo instanti ante instas generationis: nā tunc materia esset simul sub vna forma; & ultime sigillata ad aliam: pr̄terquam quod non potest reddi ratio, cur in vno instanti fiat potius quam in alio, loquendo de his, in quibus materia non est apta ad recipiendā formam. Si v̄ero dicatur fieri simul in instanti generationis, sequitur materia prius natura relinqui nudam, quam recipiat talem modum: & consequenter nihil resistere agenti, quo minus in illam agat, quantum potest: ergo scut dicuntur immediatē agere tales modū, multo melius dicetur immediatē age-
re suam formam.

Terrīd inquiram, quid sit iste modus. Non est enim substantialis, primō, quia cum nec sit natura, nec pars naturæ, nec substantia, nec existentia, concipi non potest quid sit. Deindē, vel est omnino absolutus etiam secundum relationem trascendentalem, & hoc non dicetur consequenter, cum quia per illum dicitur determinari materia ad hanc formam, vel quantitatē, tum etiam quia per illum dicitur sigillari materia: si ergo ille est omnino-absolutus, materia signata erit quid omnino absolutum à quantitate, & ab ordine ad quantitatē, quod est contra predictam sententiam. Et ferē idem argumentum fiet, si ponatur ille modus cum habitudine aliqua trascendentali: nam v̄i modus sit substantialis, oportet, vt terminus primarius illius habitudinis sit forma substantialis, & non quantitas: & ita etiā nullo modo ordo ad quantitatē pertinebit ad principium individuationis. Si autem ille modus ponitur accidentalis, explicari nō potest quid sit, vel ad quod pr̄dicamentum reuocetur: repugnat etiam illi sententia, quod accidentia non sunt in materia prima: sequitur etiam individuationis principium esse ens per accidentem ex substantia, & accidente conflatim: & individuum addere supra speciem modum accidentalem ex natura rei distinctum à substantia, quod omnino falsum est.

Quapropter alii respondent, potentiam materię in eo instanti determinari ad hanc quantitatē ab ipso agente sine vlla re aut modo intrinseco ei superaddito. Sed hoc apertam involuit repugnantiam: nam, vel est sermo de agente, vt praetelleto in actu primo ante actionem eius, & hoc modo impossibile est, vt per illud determinetur intrinseca potētia, & capacitas materię, cum sint res omnino distincta, & vna v̄i sic actu non immutet aliam. Vnde, si in eo instanti illud agens anihilaretur prius quam ageret in materia, & aliud applicaretur, distincta formam sibi proportionata in eam induceret. Si v̄ero sit sermo de agente in actu secundo, seu de actione eius, implicat intelligere, agens per actionem suam determinare materiam, & nihil intrinseco cum ponere in illa ad determinandam illam, quia talis actio agētis est in passo, in quo necessario habet aliquem ter-
minum.

Respondēti potest, agens determinare materiam per actionem suam, non quam habet in instanti generationis, sed quam habuit immediatē ante illud instantis. Quā responsio coincidit cum ea sententia, quā dicit, dispositiones, quā immediatē ante p̄cesserunt, relinquerunt potentiam materię determinatam, etiam nihil reale in illa relinquent. Quod quidem de determinatione intrinseca, & positiva intelligi, non potest propter argumentum factum, quod capacitas materię de se est vniuersalis, & indifferens: ergo non potest limitari intrinsecè, nisi ei aliquid addatur, vel aliquo modo in se mutetur: nihil autem

autem huiusmodi in ea sit: habitudo autem illa ad præcedentes dispositiones, solum est quedam relatio rationis, seu determinatio extrinseca. Et confirmatur, nam si dispositiones præcedentes determinant materiam, vel effectiū, vel formaliter: nullum enim aliud genus causalitatis habere possunt illa accidentia in materia, nam licet comparatione formæ dicantur materialiter concurrere, tamen respectu materiæ minime, quia ad illam non comparatur ut potentia, sed ut actus: ergo tantum possunt determinare illam formaliter, vel effectiū. Sed non formaliter, quia forma, quæ non est, nullum habet effectū formale realem: vnde sicut materia in illo instanti amittit formas accidentales; amittit omnes effectus formales earum. Neq; etiam effectiū, tum eadem ratione: quia quod non est, non efficit; tum etiam quia materia nihil recipit ante formam, ut ostendit: nullo ergo modo intelligi potest potentia materiæ determinata intrinsecè ad hanc quantitatē, ut hoc modo possit esse individuationis principiū. Atq; totus hic discursus applicari potest contra posteriorem modum loquendi Caiet, quia materia de se non magis prahabent hanc quantitatē, quam aliam, vel magis est radix huius, quam alterius: inquit ergo, per quid determinetur, ut in illo instante generationis magis prahabeat hanc quantitatē, quam aliam, vel sit radix huius potius, quam alterius, & credit totum argumentum factum. Quod etiam eodem modo procedit contra aliud modū explicandi materiam signatam, quod sit materia disposita per præcedentes dispositiones (nam de subsequentibus iam satis dictum est in prima ratione, & in argumētis fatus contra sententiam Capreoli) nam illæ dispositiones nihil relinquunt in materia, cum ipsa omnino corrumpantur, ut supponitur: ergo non possunt illā relinquere intrinsecè, & positiū dispositam, ut argumentis factis conuincitur: nam, siue dicas dispositam, siue determinatam, perinde est: nam eadem res subest his vocibus.

XXVII. Dico autem semper intrinsecè & positiū, quia negatiū ex vi præcedentium dispositionum relinquitur materia, non repugnans introductioni huius formæ, quod potius est manere indifferentem, quam determinatam. Rursus extrinsecè potest dici hic & nunc naturaliter determinata ad recipiendam hanc formam: quia fortasse naturali quadam consecutione hoc agens hic & nunc circa hoc subiectum, immedietate post hanc alterationem naturali ordine est determinatum ad hanc formam introducendam. Sed hæc reuera potius est determinatio agentis, quam materia, & ideo hæc determinatio non potest efficeri, ut materia sit intrinsecum principium individuationis, sed pertinet ad extrinsecum principiū; quod est ex parte agentis. Ed vel maxime, quod etiam secundum hunc determinationis modum prius intelligitur agens determinatum ad hanc formam introducendam, quam ad hanc quantitatē, & alias dispositiones: nam hanc formam per se inducit, hanc verū quantitatē, & dispositiones, quatenus ex hac forma resultant iuxta sententiam, quam prosequimur. Vnde tandem generale potest confici argumentum, quia materia non disponit, nec determinatur per se primò, nisi ad hanc formam, & propter hæc formam, & ratione illius recipit hæc accidentia: & ideo secundum se & ordine naturæ, non potest forma esse hæc, propter hæc accidentia, nec propter ordinē ad illa, & consequenter nec per materiam signatam per ordinem ad aliquā accidentia: ergo materia signata illo modo explicata, non potest esse principium individuationis.

Tertia expositio eiusdem sententie de materia signata.

XXVIII. Tertia explicatio est, de principio individuationis duplicitate nos loqui posse, primò secundum Franc. Suar. Metaph. Tom. II.

fe, id est, quatenus reuera est principium constitutus individuum, ut tale est, & est radix seu fundamentū, à quo sumitur individualis differentia. Secundo loqui possumus de principio individuationis in ordine ad productionē, seu multiplicationē individuum, quod est quærere, quod fit principium, & radix, ob quam individua substantialia multiplicantur, vel cur potius producitur hoc individuum, quam aliud, seu cur producitur distinctum à reliquis. Rursus in utraque consideratione inquire potest id, quod est principium per se, & in se individuationis: vel id tantum, quod in ordine ad nos est principium distinctionis, vnam individuum ab alio, vel quod est solum occasio talis distinctionis. Primò ergo, loquendo de principio constitutente in re individuum, & à quo verè sumitur differentia individualis contraria speciei, & constitutiva individui, negat hæc opinio materiam signatam quantitate esse principium individuationis, quia hoc videntur concludere discursus facti.

Secundò ait hæc opinio, materiam esse principiū, & radicem multiplicationis individuum in substantiis materialibus. Probatur, quia est origo generationis & corruptionis, per quas fit individuum multiplicatio. Item, quia compositum ex tali materia, ratione illius est corruptibile, & inde habet, ut non possit perpetuo conservari, & ideo ut species conseruetur, requiritur individuum multiplicatio: huius ergo multiplicationis radix est materia. Et addi etiam potest, hanc radicem esse materiam affixam quantitate, quia materia absq; quantitate non esset capax alterationis physice, & mutationis per varias & cōtrarias dispositiones, ex qua nascitur hæc individuum varietas, & multiplicatio. Hoc autem minus non conuenit materiæ ut signatæ, & determinatæ ad certam formam vel quantitatē, sed absolute secundum se: quia haec tenus non egimus de radice huius individui in particulari, sed absolute de radice multiplicationis individuum in eadē specie, materia autem nō est radix huius multiplicationis absolute, quatenus determinata ad vnam formā, vel quantitatē, sed potius quatenus est determinabilis ad plures. Dices: Hoc modo etiam materia dicitur radix multiplicationis specierū in substantiis generationib; & corruptibilibus: ideo enim multiplicari possunt ex eadem materia, quia illa est capax omniū formarum, & secundum se indifferens ad illas, & ad varias earum dispositiones. Respondetur, non esse simile rationem, nam, licet illa proprietas materiæ sit necessaria ad prædictam multiplicationem, tamē propriè non est prima radix illius varietatis: tū quia, cum tota ipsa materia sit vnius speciei, & partes seu portiones eius secundum se tantum numero distinguuntur, ipsa quantum est de se contenta est formis numero distinctis, tum etiam quia distinctio specifica est per se in rebus, & ideo radicaliter prouenit à forma qua per se dat speciem, & ideo hæc distinctio sine controversia in materialibus, & in immaterialibus, corruptibilibus, & incorruptibilibus reperitur: quod de distinctione numerica non constat, neque ita necessarium appetit.

Tertio ait hæc opinio, materiam signatam quantitatē, esse principium & radicem, vel saltem occasionem productionis huius individui distincti à reliquis. Declaratur, nam potest hoc individuum comparari, vel ad reliqua individua existētia, vel ad alia possibilia, quae ex eadem materia produci possunt, etiam ab eodē agente. Priori modo sufficiens, & prima ratio, cui hoc individuum producitur distinctum à reliquis, est, quia ex diversa numero materia producitur: quia, cum non possit eadem numero forma esse in diversis numero materijs totalibus, hoc ipso, quod materia est diversa numero necesse est, ut forma saltem sit numero diversa: vnde ad hæc distinctionem non oportet dispositiones alias, vel

aliam materiae significationē adiungere: quia sufficit numerica distinctio materiae secundum se, vel cum sua quantitate: quod tamen non sufficit, ut hæc materia sit radix distinctionis huius individui à reliquis, quæ non existunt, seu, quæ ex eadem materia facta sunt, aut fieri possunt. Vnde quidam dixerunt. Aristot. non assignat principium individuationis, quo distinguatur individuum ab omnibus, que non existunt, quia hæc satis per solam contradictionem distinguuntur: sed assignat solum principium distinguens predicto modo unum individuum ab alijs existentibus, quod docuit Fonseca lib. 5. c. 6. q. 4. scđt. 4. idque refere ex Heraclio quod lib. 5. quæst. 9. & Caiet. cap. 2. de ente & essent. quæst. 5. Addendum autem est, per materiam predicto modo consideratum, non solum distinguiri individuum ab alijs existentibus, sed etiam à quibusunque alijs possibilibus, etiam non existentibus, quæ ex alijs materiis numero distinctionis generari possunt, præterit in his, quorum formæ à materia educuntur, quia valde verissimile est, eandem numero formam, non solum simili, verum nec successivè posse ex diuersis numero materiis educi. In individuis autem, quæ ex eadē numero materia generari possunt, non habet locum distinctionis unius individui existentis ab alio existente, quia non possunt simul existere plura individua ex eadem numero materia constantia, & ideo talis distinctio semper est rei existentis à non existente.

XXXI.

Quamvis autem hæc oppositio contraria sufficiens argumentum sit distinctionis talium individuum, tamen adhuc inuestigari potest principium, & radix, cur ita distinguuntur, ut uno existente, aliud non existat: seu cur potius in hac materia hæc numero forma introducatur, quam alia, quæ fieri possit. Causa enim huius non potest reddi ex sola materia prima, cum eadem successivè sit in vtroque individuo, quod etiam fortasse est verum de quantitate coeva ipsi materiae. Adiungenda ergo sunt alia dispositiones, & circumstantiae actionis, scilicet, quod ex hoc subiecto sic preparato & disposito hoc tempore, ab hoc agente, hæc actio fiat. hinc enim fit, vt, sicut materia prima seu remota sit eadem, ex illa tamen sit hoc individuum distinctum ab omnibus alijs, quæ ex illa vel facta sunt, vel fieri possunt, quia cum diuersis dispositionibus, & circumstantijs sit productio. Et confirmatur hoc ac declaratur, nam ignis, verbigratia, de se potens est ad producendas plures formas sibi similes in specie, & numero distinctiones, & tamen hic & nunc in hac materia introducit hæc numero formam potius quam alias, quæ determinatio nō potest provenire ab ipso igne, cum sit naturale agens, & de se sicut potens ad quilibet formam introducendam: nec potest ab ipsa forma educenda provenire, quia ipsa nondum est, neque habet, vnde determinat virtutem agentis: neque provenit ex materia remota, quia illa etiam est de se & quæ indifferens: ergo provenit, vel ex dispositionibus, si illæ manent in materia, vel ex naturali ordine agendi hic, & nunc cum his circumstantijs: non enim facile potest alia naturalis causa excogitari. Nam, quod quidam existimant, reuocandum hoc esse in diuinam voluntatem, quamvis verum habeat in his effectibus, qui ab ipso Deo immediatè sunt, tamen hoc attribuere omnibus causis naturalibus, non videtur philosophicum, & in Theologia habet speciale difficultatem, propter determinationem atque liberorum, & præterit malorum, quam infra attingemus tractando de concursum Dei cum causis secundis. Hoc igitur modo materia signata, & his circumstantijs affecta est principium, seu occasio talis individuationis: quia nec materia sufficit sine circumstantijs, vt dictum est, nec circumstantiae sine materia: nam si hæc sit diuersa, effectus etiam diuersus erit.

XXXII. Dices: Ergo eadem materia erit principiū intrin-

secum constitutiorum in individui in suo esse, nam sicut res se habet ad fieri, ita & ad esse. Respondeatur negando consequentiam, tum quia aliud est, hanc rem esse tale individuum, aliud vero produci nunc hoc individuum potius, quam aliud, & ideo hæc possunt provenire ex diuersis radicibus, tum etiā, quia iuxta hanc explicationem materia signata non tā est principium individuationis, quā occasio inducendi hæc formam in subiecto potius, quam aliam, ista vero forma non est hæc, quia in hoc subiecto, hoc tempore & ab hoc agente sit, quia hæc sunt accidentaria illi secundum se, & posset à Deo eadem numero sine his circumstantijs fieri, & loquendo de dispositionibus, potius illæ ordinantur ad talem formam, quam è contrario: solum ergo potest materia signata dicto modo esse occasio, cur à naturali agente producatur hæc forma ex naturali ordine, quo virtus agentis naturalis determinata est ad talem effectum efficiendum potius, quam alium in tali subiecto talibus circumstantijs applicato & affecto.

Quarto addit hæc opinio, materiam signata quantitate sensibili dici principium individuationis quod nos, quia per illud nos cognoscimus distinctionē individuum materialium inter se. Sic D. Thom. opusc. 32. de natura materiae, & dimensionib. indeterminatis, cap. 3. ait: ex hac materia prima & hac forma fieri individuum substantia, non tamen esse hic, & nunc demonstrabile sine dimensionibus determinatis, & ideo (inquit) dicitur materia sub certis dimensionibus causa individuationis, non quod dimensiones causent individuum, cum accidens non causet suum subiectum, sed quia per dimensiones certas demonstratur individuum hic & nunc, sicut per signum proprium individui, inseparabile: & idem indicat opusc. 29. de principio individuationis. Vnde, quādo alijs locis significat D. Thom. individuum addere accidentia supra naturam specificam, vt 1. part. quæst. 3. art. 3. & quodlib. 2. art. 4. & quæst. 2. de verit. art. 6. ad 1. & alijs locis supra citatis, exponendus videtur in ordine ad cognitionem nostram. Est enim illud signum, quo nos à posteriori distinguimus unum individuum ab alio: non vero est id, quo in se distinguitur, vt ipse D. Thom. alijs locis, seu opusculis citatis explicatis videtur: de optimâ etiam ratione probante, scilicet, quia accidens non causat subiectum suum: maxime cum idem D. Thom. 1. p. 1. quæst. 29. art. 1. & quæst. 9. de potentia, art. 1. ad 8. dicat, substantiam individuari per seipsum, & per propria principia, accidentia vero individuari per substantiam: ergo cum alijs locis ponit accidentia, vel ordinem ad accidentia inter ea, que individuant substantiam, exponendus necessario est, vel quoad nostram cognitionem, vel quoad occasionem; quam prebent productioni taliis individui substantiam, vt declaratum est. Attribuitur autem hoc materiae, ratione quantitatis potius quam ratione qualitatum, quia etiam ipsarum qualitatum numericalis distinctio maxime nobis nota est ex quantitate: nam, si duæ imagines sint inter se valde similes, non aliter distinguimus illas, quam in diuersis subiectis quantitas eas numerando. Et in eodem sensu videtur intelligendum, quætitates ipsas distinguuntur numero existibus: est enim id verum quoad nos: ideo enim illas sensibilitatem distinguimus & numeramus, quia eas in diuersis ritibus conspicimus, non tamen est verum secundum se, nam potius occupant quantitates diuersos situs, quia in se distinctæ sunt. Solum ergo, quia quantitas natura sua hoc habet, vt constitueret partem extra partem in corpus extra corpus in ordine ad situm, & deest aptius principium ad distinguenda individua materialia in ordine ad nos.

Questionis resolutio.

HÆC tota opinio in se quidem probabilis est, & mihi aliquando placuit: vereor tamen, an iuxta illam,

Sect. IV. An forma suum principium individuationis.

Ilam satis explicitur mens Aristot. & D. Thom. tum quia, alioqui valde diminutur, & cu magna & quoque catione tradidissent nobis individuationis principium, si omisso eo, quod verè in se est principiū constitutum individui, solum nobis tradidissent, ut figura à posteriori, vel occasione distinguedi, aut producēdi individua: cum maxime, quia ex hoc principio videntur intulisse in separatis a materia nō dari plura individua, quia non datur huiusmodi principium individuationis. Illud etiam, quod in ea sententia dicebatur de determinatione agitum ad particulares effectus, & formas ex materia cum circūstantijs actionis, multis & doctis viris difficile creditur videtur, quia, si attente res consideretur, omnia reducuntur ad circumstantiam temporis, que videtur valde extrinseca, vt ab ea possit hæc determinatio provenire. Sed de hoc ultimo puncto dicam commodius sectio. seq. De alio vero pertinentem ad mentem Aristot. & D. Thom. Quod ad D. Thom. pertinet, constat expositionem illam fundatam esse in alijs locis, & verbis eius, que aliter cōciliari non possunt. Quod vero ad Aristotelem attinet, nō videtur vñquam ex professo, & Metaphysicè principium hoc inevestigasse, & declarasse, sed soli ex sensibilibus physico more docuisse unum individuum materiale ab alio distinguere. Quod vero inde intulerunt dicti auctores, in substantijs immaterialibus non esse multiplicacionem inividuorum in eadem specie, hunc potest ad summum habere probabilem sensum, scilicet non haber nos rationes, & principia ad distinguendas spirituales substancialia numerō distinctas, quas habemus in materialibus, imo musti hoc extendunt, etiam ad materiales substancialia incorruptibles, in quibus etiam non habemus tot principia ad cognoscendam, vel ponendam in eis numericā distinctionem, quod habemus in substantiis corruptibilibus, de quibus maximē procedunt omnia, que dicta sunt. Denique quod Arist. dixit in 1. de Cœlo, non posse esse alium mundum præter hunc, quia in hoc est tota materia, videtur certè intellectus, aut Deum creare mundum ex materia, nec posse materiam ipsam creare, aut Deum agere ex necessitate in natura, & ideo nō posse plus materia creare, quam creat, vel certè ita esse Deum determinatum in suo modo agendi, vt nullam substancialiam integrain & materiale posset in tempore ex nihilo condere, vt in discursu hujus operis videbimus. Itaque ex illa sententia solū ad presentis colligitur ex mente Aristot. materiales substancialia non multiplicari, nisi ex materia. Quidquid vero sit de mente horum auctorum constat ex hac sententia sic declarata, non esse nobis traditum proprium & internum principium differentiæ individuationis etiam in rebus materialibus. Nam argumenta facta contra hanc sententiam alii modis expositam, plane concludunt non posse materiam signatam esse huiusmodi principium.

SECTIO IV.

An forma substantialis sit principium individuationis substancialium materialium.

Fst alia principalis sententia in hac materia principium internum individuationis esse formam substantialē. Hæc solet tribui Duran in 2. dist. 3. quæst. 2. qui non omnino illam affirmat, vt postea dicam: eam vero videtur docuisse Auer. 1. de anima c. 7. & libro 2. in principio, & com. 7. 8. & 9. & 10. & 3. Physic. com. 10. & lib. 4. com. 38. citatur etiam Auten. 6. natural. p. 1. dicens formam dare subiecto unitatem numericam: tenet Zimara The-

Franc. Suar. Metaph. Tom. I.

rem. 97. & Sebaste. Episc. Oxom. 2. de anima cap. i. Fauet Arist. ibidem, dum ait: formam esse, que constituit hoc aliquid. Et ex hoc verbo Arist. sumendum est principium fundamentum huius sententia: nam principium individuationis esse debet id, quod intrinsecè constituit hanc substancialiam, & est maximè proprium illius: ergo ratione primæ proprietatis esse debet aliquid substantiale: nam accidentia, vt saepe dictum est, nec constituent substantiam, neq; hanc substancialiam: nam hæc substancialia, etiam vt est hæc est ens per se & substantiale. Ratione autem alterius proprietatis hoc principium nō potest esse materia, sed forma: quia hæc materia non est maximè propria huius individui, cum sub alijs formis esse possit: ergo forma est principium individuationis.

Vnde argumentor secundo, quia idem est principiū unitatis, quod entitatis, propter quod dixit D. Thom. quæst. vñica, de anima, art. 1. ad 2. vñum quodq; secundum id habere esse & individuationē. Sed vna quæque res propriè habet esse à forma: ergo & unitatem individualem. Maior constat, quia unitas est passio cōsequens entitatem, & non addit illi, nisi negationē: ergo non potest habere aliud principium positivum & reale, nisi quod est principium iphus entitatis.

Sed obijciet aliquis contra hanc sententiam & rationem, quia quævis recte probet formam cōferre ad unitatem, non tamen, quod ipsa sola sit principiū individuationis: nam etiam materia est principiū intrinsecum constitutens rei entitatem, & ideo etiā erit principiū individuationis, si non sola, saltem cum forma. Responderi posset iuxta sententiam Durandi in q. distinct. 44. quæst. 1. formam non tantum habere vim individuandi compositum, sed etiā materiam ipsam, quia forma non tantum dat esse composite, sed etiam materiam: vnde fit (inquit) vt hoc ipso, quod materia iungitur eidem formæ numero, sit ipsa eadem numero. Sed hæc sententia Durandi falsa est, meritotq; à ceteris Theologis rejecitur, vt ostendi in secundo tomo tertia par. disputat. 44. sect. 2. Vna enim & eadem numero materia, quæ fuit in corrupto, manet in genito, alioqui non esset idem numero subiectum, ex quo fit generatio. Item, quia impossibile est, vt vel res, que antea erat numero distincta ab alia postea fiat illa, seu eadem numero cu illa individuabiliter, vel quod res, que erat vna numero, postea secundum se totam fiat alia numero distincta: ergo, materia quæ sub forma cibi est vna numero, non potest fieri alia numero per hoc, quod incipiat esse sub forma animalis, & materia Petri & Pauli, quæ sunt numero distinctæ, non sicut vna numero, etiam successiue sunt sub forma Petri, & Pauli. Deniq; alias eadem numero materia semel annihilata restituueretur per solam vniōem, alterius materia ad eandem formam loquimurq; de vera unitate secundum realē & phycicā entitatem, & non tantū secundum apparentiam, vel vulgarem modū loquendi, quo modo res, quæ est in continuo fluxu, & paulatim tantum mutatur, solet dici vna: sic enim etiā mutatio fiat in forma, potest conferuari talis unitas, vt patet in flutio, vel in arbore aut bruto.

Respondetur ergo aliter, verum quidem esse adæquatam causam intrinsecam individualis unitatis substancialis materialis esse formam, & materiam, vt argumentum concidit, tamen, si hæc duo inter se comparentur, præcipuum causam huius unitatis esse formam, & hoc sensu illi specialiter attribui, quod sit individuationis principium. Sicut etiam materia necessaria est ad rationem seu unitatem specificam, non enim potest ratio hominis, vel humanitatis vt sic sine materia constitui, & idem est de ratione generica animalis, viuentis, &c. & nihilominus absolute dicitur ratio specifica sumi à forma: quia illa dat ultimum complementum, solumq; presupponit materiam, vt quid potentiale & indifferens: eadem ergo ratione illa dicitur principiū individuationis, quia

K. 2

illa

III.

illa dat ultimum substantiale complementum individuo, quamvis presupponat materiam, ut potentiam de se & in differentem propter quod dixit Arist. supra, &c. Physic. c. 7. text. 69. formam constituere hoc aliquid. Et quoniam, ut supra dicebamus, per idem distinguitur res, per quod constituitur, eadem forma, qua constituit hoc aliquid, distinguit illud ab aliis: quoniam actus est, qui distinguit. Metaph. cap. 13. tex. 49. ergo forma est, qua completer rationem individui. Et hoc confirmat communis concipiendi & loquendus modus: nam, si anima Petri v.g. vniatur corpus constans ex materia distincta a corpore, quod prius habuit, quāuis compositum illud non sit omni ex parte idem quod antea fuit, tamen simpliciter loquendo, illud individuum dicitur idem ratione eiusdem animae, at vero est contrariò, si corpori ex eadem materia constanti vniatur anima numero distincta, simpliciter non censetur idem individuum, sed distinctum: ergo signum est, individuationem sumi praepucè à forma.

V. Sed adhuc objicitur contra hanc sententiam, & ratione factam, quia, licet forma ut sic, det esse s.e. efficient, tamen non det esse individuale & numerici, nisi ut est hæc: ergo non forma ut sic, sed id, unde ipsa forma habet, ut sit hæc, est individuationis principium sed est hæc ratione materiae: ergo materia potius est prima radix individuationis. Probatur minor primo, quia forma non est per seipsum hæc: alioquin idem posset de qualibet entitate, neq; oportet quare aliud individuationis principium: ergo est hæc per materiam, non enim potest alia radix excogitari. Secundò, quia forma habet totum suum esse in ordine ad materiam: ergo & individuationem suam: ergo materia est principium individuationis formæ, & consequenter totius copiositatis. Tertio, quia formæ, multiplicantur numero, quatenus in diversis materialiis recipiantur, & ideo formæ separatae non multiplicantur numero, quia non recipiuntur in materia: ergo individuantur etiam per ordinem ad materiam: ultima ergo resolutio huius individuationis fit ad materiam, est n.hæc forma hæc, quia in tali materia recipitur: ergo prima radix individuationis est materia.

Hæ obiectiones sunt fundamenta opinionis tractatæ sectione precedentie, que potius hanc sententiam, quam nunc tractamus, declarant & confirmant. Possent enim ferre omnes retorqueri, & fieri de ipsa materia. Cōcedo itaq; formam non esse principium individuationis compotiti, secundum specificam rationem suam, ut est per se notum, sed in quantum est hæc: sed hoc ipsum dicendum est de materia: quia etiam materia habet specificam, & communem rationem, secundum quam non est sufficiens ad constitendum individuum, ergo, si constituit, id facit in quantum est hæc. Quærā ergo rursus, unde habet, quod sit hæc? Respondent aliqui, quia Deus voluit, hanc potius creare, quam aliam, sed hoc extra rem est: non enim hic inquirimus extrinsecum principium individuationis, sed intrinsecum: alioqui etiam dicere quis posset, hanc animam esse hanc, quia Deus voluit potius illam infundere, quam aliam, vel hanc formam esse hanc, quia Deus determinauit ad illam suum concursum, ut est valde probabile, sicut dicemus scđt. seq. Alij respondent, hanc materiam esse hanc, ratione huius quantitatis. Sed hoc, & est falsum, & non euacuat difficultatem. Primum patet ex supra dictis, quia cum hæc materia simpliciter supponatur huic quantitatæ, non potest per illam individuari. Itē, quia rationes supra factæ vniuersaliter probant nihil substantiale posse individuari per accidentem superadditum: nam etiam hæc materia est aliquid per se vnu constitutum sub specifica ratione materie per se illam contrahēs. Imo ex natura rei non distinguuntur materia, & hæc materia, sicut supra ostēsum est de quolibet individuo, respectu rationis communis: ergo non potest hæc materia intrinsecè individuari per quantitatæ, quæ

est res ab illa distincta, nec per ordinem ad illam, cū potius hæc quantitas dicat ordinem ad hanc materiam, quam ē conuerso. Secundū de quantitate patet, quia de illa etiā inquiram, unde sit hæc, cum id non habeat ex sua specifica ratione, & cum non sit procedendum in infinitum, nec vitiosus & inutilis circulus committendus, sistendum erit in aliqua re, quæ per seipsum sit hæc: ergo hoc potius tribuendum est substantiæ, quā accidens, cum illa sit prior, magis absolute entitas, vel si admittit idem est, duo entia incompleta permuenam habitudinem ad inuicem individuari, secundum diuersa genera causarum, id potius dicendum est de materia & forma substanciali inter se, quam cum aliquo accidente: quia magis per se connectuntur, & se inuicem respiciunt. Ergo omnia argumenta facta, possunt idem de materia concludere, quod intendunt de forma: nam est inter eas, quoad hoc, quædam equalitas. Et aliunde materia solum superat formam in hoc, quod est quædam occasio producendi formas varias & individuas, ut supra declaratum est: forma vero superat materiam in hoc, quod principiū constituit individuum, & quod est magis proprium eius, & quod materia potius est propter formam, quam ē conuerso, ut dicitur 2. Physicorum, cap. 9. text. 9. ergo pensatis omnibus potissimum individuationis principium est forma.

Questionis resolutio.

VI. Et ergo hæc sententia, prout à nobis exposta est, satis probabilis, proximeq; ad veritatem accedit. Simpliciter vero dicendum est, formam solum non esse plenum, & ad ea quæ individuationis principiū rerum materialium, si de torta earum entitate loquamini: quamvis sit principium, ideoq; iuxta formalem modum loquendi interdum censeatur sufficiens ad denominationem eiusdem individui. Quæ omnia declaranda, & probanda sunt latè scđt. 6.

SECTIO V.

Vitrum principium individuationis sit existentia rei singularis.

II. **N**on defuerunt, qui ita affirmant, quorum sententiam referunt Scotus, in 2. d. 3. quæst. 3. & Soncinus 7. Metaphysic. quæst. 32. & illam indicat Henr. quodlib. 2. quæst. 8. eamque illi tribuit, & in eam inclinat Carthusian. 2. d. 3. Fonseca vero li. 5. cap. 6. quæst. 2. scđt. 2. refert Henr. quodlib. 5. quæst. 8. negantem individuationem fieri per existentiam, nec per aliquid intrinsecum, sed per solum agens. Sed hoc, sicut per se improbatum est, ita à nemine assertur, quod ego viderim: nam, licet agens sit causa extrinseca individui, tamen id, quod efficit, distinctum est ab ipso agente: efficit autem individuum, & confort illi naturam individuam: ergo id quo natura est individua, est aliquid intrinsecum ipsi individuo. Et ita Henr. ibidem expresse concedit id, per quod individuum habet esse hoc, est aliquid praeter materiam, & prater agens, quod ipse explicat esse rationem seu dispositionem suppositi. Vnde sentire videtur, subsistentiam esse principium individuationis in omnibus substantijs creatis, & ita in priori loco sub distinctione locutus fuerat de existentia, vel subsistentia, & ideo de singulis aliquid dicere oportebit.

Opinio igitur de existentia ab omnibus reijectur, ut omnino falsa & improbabilis: dupliciter autē in ea procedi potest, primo, supponendo, existentiam esse ex natura rei distinctam ab essentia individui: secundò iuxta opinionem afferentem, existentia ni-

hil a-

hil aliud esse, quam actalem entitatem vniuersicunque rei. Hoc posteriori modo haec sententia in re coincidit cum opinione afferente vnamquamque rem individuari se ipsa, nulloq; alio principio individuationis indigere, preter entitatem suam: vnde in re non est hec opinio maiori reprehensione digna, quam illa, de qua postea dicemus. Solum reprehendi potest, quod obscuris & ambiguis terminis vtatur, & quod existentiae potius quam essentiae hanc rationem individuationis tribuat, cum potius existentiam posse hoc conuenire, nisi quatenus est idem cum essentia. Si autem procedatur in priori sententia, formaliter quidem verum erit, quod unaquaeq; res in ratione existentiae habet aliquam rationem individualem ab ipsa existentia, sicut hoc album, quantum ad formalem rationem albi constituitur per albedinem, quamvis simpliciter hoc album, quia pro subiecto accipitur, non constitutur per albedinem. Vnde etiam in proposito, materialiter (vt sic dicam) loquendo de re existente, seu de hac numero essentiae, improbabile est dicere individuari per existentiam, qua existit: si hec est res ab ipsa distincta, vel modus ex natura rei diversus.

III. Primò quidem, quia essentia intralatitudinem essentiae manens, fit individua, & in ea contrahitur, & determinatur essentia specifica: sed essentia specifica non contrahitur per aliquid ex natura rei distinctum a se, vt supra probatum est: ergo non contrahit ad individuam essentiam per existentiam. Maior per se evidens est, tum quia homo, v.g. de se communis est multis individuis, siue illa existant, siue non existat: tum etiam, quia Petrus & Paulus ut abstrahit ab actuali existentia, seu ut possibiles, intrinsecè includunt suas rationes individuas, quibus distinguuntur: tum deniq; quia differentia specifica, seu essentiales conueniunt speciebus necessaria connexione, secundū quā propositiones, in quibus prædicta essentia prædicantur, dicuntur esse perpetuae veritatis, ita individuo conuenit sua differentia individualem. Vnde tam necessario Petrus est hic homo, sicut est homo, & tā necessario Petrus collocatur sub homine, sicut homo sub animali: haec ergo contractio, & subordinatio non fit per existentiam actualem: qua contingēter advenit essentia plene confituta, & individuata.

IV. Secundò hic habet locum argumentum supra relatum ex Caiet. quod actus singularis supponit potentiam singularem, quod principium diximus esse verum in actu & potentia ex natura rei distinctis, quia tunc potentia realiter supponitur actu ordinis naturæ, & est quid vnum distinctum a suo actu, & vnum non cogitatione, sed re ipsa, & ideo fieri non potest, vt formaliter & intrinsecè habeat vnitatem ab actu suo. Sed ita comparantur essentia, & existentia iuxta predictam opinionem: ergo essentia ex modo, quo per se habet entitatem essentiae distinctam ab existentia, & aptam actuari per illam, ita etiam habet suam vnitatem & individuationem. Alioqui oportet intelligere existentiam esse actum naturæ specificæ, & vniuersalis, quod est satis absurdum.

V. Tertiò, quia in ipsam existentia potest considerari communis ratio existentiae humanæ, verbi gratia, & ratio huius existentiae Petri, vel Pauli: ergo de ipsa existentia superest inquirendum, per quid fiat haec non enim ab essentia, cum non supponat illam individuam iuxta hanc sententiam, sed communem, neq; ab aliquo accidente, vt per se notum est, satisq; in superioribus probatum: quo ergo? Si das, scilicet fieri hanc, cur non id potiori ratione dices de essentia, cum & ordine naturæ prior, & perfectione etiæ, & cum quodammodo sit magis absolute. Nam existentia est actus huius existentiae: vnde haec existentia potius erit haec, quia hanc essentiam actuat: sicut in communi etiam existentia hominis, & leonis differunt, quia, vel consequuntur, vel respiciunt diuersas essentias, supposita predicta distinctione. Ex quo po-

Franc. Suar. Metaph. Tom. I.

test sumi noua confirmatio, quia, sicut existentia humana in communi est extra essentiam hominis in communi, ita haec existentia Petri, est extra hanc essentiam individuam Petri, & sicut in Petro & Paulo sunt duæ numero existentiae, ita duæ numero humanitatis, habentes distinctas individuas entitates essentiae. Ultimò à posteriori est argumentum, quia (supposita illa sententia) eadem individua entitas conseruant sine sua existentia, aut mutat varias existentias, vt humanitas Christi in ea opinione caret propria existentia, & tamen est individua, & habet intrinsecum individuationis principium: similiter eadem numero entitas materiæ primæ, prout mutat formas dicitur mutare existentias: & tamen eadem semper numero manet.

Ex his autem facile intelligitur, quid censendum sit de illa opinione, si non de existentia propriæ, sed de subsistentia loquatur. Nam, aut loquimur formaliter de supposito, aut de natura in abstracto, aut in concreto, & formaliter de individuo, vt contento sub tali specie substantie, scilicet de hoc homine. Primo modo verum est suppositum individuari per hanc substantiam, quia formaliter per illam constituitur, & haec ratione in Trinitate sunt tria supposita, quamvis sit vna natura, quia sunt tres subsistentiae: persona autem Christi est vna numero, & vnum numero suppositum, quamvis habeat duplē natūram, quia solum habet vnam numero substantiam, suppositum ergo vt sic, per subsistentiam individuatur. Quamvis de ipsa subsistentia questione superfit, per quid fiat haec: nam etiam ratio subsistentiae, v.g. humanæ, communis est, & specifica, in Petro vero est haec numero subsistentia, vel illa, de qua quæstione idem dicendum erit, quod de aliis substantiis, vel substantiis modis, quod infra videbimus.

Secundo modo, id est, loquendo de substanciali natura integra in abstracto, v.g. humanitate, falsum est, & improbabile individuari per subsistentiam, vt à fortiori patet omnibus argumentis factis de existentia. Certum est enim, subsistentiam esse aliquid ex natura rei distinctum à substanciali natura, etiam individuè sumpta. Certum est etiam, huiusmodi naturam posse conseruari individuam sine sua conaturali substantia, vt in Christo Domino conservata est: ergo non potest per illam intrinsecè individuari. Quod si quis forte dicat, individuari saltem per ordinem ad illam, gratis & sine fundamento hoc dicet: quia, si vnum individuum est per ordinem ad aliud, potius subsistentia est haec per ordinem ad hanc naturam, quam è conuerso, quia natura est prior & perfectior, subsistentia vero solum est quidam modus & terminus naturæ. Item in diuina natura inuenimus vnitatem individuam naturam cum triplici substantia: ergo signum est individuationem naturæ esse absolutam à substantia.

Quocirca in hoc plane videtur errasse Henric. nā de ipsam naturam sentiri fieri hanc, & individuam ratione suppositi. De quo aliud etiam docet omnino falsum, & improbabile: scilicet, suppositum solum addere supra naturam specificam duplē negationem, indubitate in se, & divisionem à quolibet alio, & per hanc duplē negationem herinaturam formaliter individuam absq; aliquo alio positivo naturæ specifica superaddito, in quo tria falsa continentur. Primum est, suppositum solum addere supra naturam, negationem, de quo postea suo loco videbimus, nam loquendo respectu naturæ individuæ, est id minus improbabile, quamvis non verum, tamē respectu naturæ specificæ omnino est improbabile. Secundò falsum est, naturam individualem supra specificam, solum addere negationem, vt patet euidenter ex dictis sect. secunda, quia alias substancialis natura individua vt sic, non est ens reale, sed est solum natura specifica cum negationibus, quod nec mente concipi potest. Item quia illa nega-

tio requirit fundamētū positiū, quod nō potest esse sola natura specifica, ut ibi satis ostēsum est. Terrium verò magis falsum est, per illasmet negationes, quibus (secundum Henric.) constituitur suppositum fieri naturam individuam: nam inde sequitur, vel Christi humanitatem non esse individuam, vel esse suppositum: utrumque autem error est. Sequela declaratur, nam cum in illa duplice negatione dicitur esse individuum in se, & diuīsum à quolibet alio, vel hoc esse diuīsum à quilibet alio, significat, non esse alteri vniū, seu non esse in alio, & hoc vel non est de ratione naturae substantialis individuū, vel humanitas Christi Domini individua non est, aut esse diuīsum ab alio, (quod aperit Henric. sententia) removet solum identitatem, & significat distinctionem à quilibet alia entitate, vel natura simili, & hoc modo illa duplex negatio non sufficit ad rationem suppositi, vel humanitas Christi Domini suppositum est: nullo ergo modo substantia, quacunq; via eius ratio explicetur, ad individuationem naturae pertinet.

IX.

Quin potius, loquendo etiam tertio modo in cōcreto ac formaliter de individuo naturae specificæ, dicendum est, illud per se loquendo, non sumere individuationem suam à substantia, sed à natura. Sic enim dicunt Theologi, si tres personæ assumerent unam humanitatem, fore unum numero hominem, sicut nunc sunt vniū numero Deus propter vnam naturam diuinam: haberet ergo ille homo unitatem numericam ab individua natura. Et Christus Dominus nunc, in quantum est hic homo, est idem numerohomo, qui esset, si in propria natura subsisteret, cum tamen persona & substantia sint valde diuersa à propria & connaturali tali humanitate: ergo individuationis huius homini non ex substantia, sed ex natura sumenda est. Ratio verò est, quia individuum formaliter constituitur sub specie ratione naturae, & non ratione substantiae: vnde sit, ut licet contingat, substantiam esse specie vel genere diuersam: nihilominus, si natura sit eiusdem speciei, individuum vniū & propriissime contineatur sub tali specie, quam ob causam Christus est vniū homo cum alijs hominibus, & similiter ratione, si natura sit eadem numero, est idem homo numero, etiam si substantia sit diuersa.

X.

Dixi autem, per se loquendo, quia hic se insinuabat quæstio, an cum duplice natura possit esse idem numero individuum proper unitatem substantiae: sic enim disputatur à Theologis, an si Verbum diuinum assumeret duas humanitates, esset vniū homo vel plures. Nam ex dictis videtur sequi, fore plures numero homines proper plures numero humanitates, quia dictum est, individuationem concreti sumi ex individua natura. Nihilominus tamen, ut in tom. 3. p. dixi cum D. Thom. ille simpliciter & communis modo loquendi diceretur vniū homo, non quidē per se ac formaliter, sed quasi materialiter ratione suppositi, ad eum modum quo dicitur vniū artifex, qui plures habet artes, nō solum numero, sed etiam specie distinctas. Hæc autem vnitatis diuersa est à precedente, quæ sumitur ex vnitate naturae, neque est vnitatis individui formaliter contenti sub specie, vt argumentum probat, sicut etiam vnitatis artificis habentis plures artes specie distinctas: non est vnitatis speciei contenta sub genere, sed est vnitatis materialis seu suppositalis, quæ censetur sufficere ad illum modum loquendi, proper realem, vel substantialiem vniū nomen plurium naturarum in uno supposito, quia nomen substantialium significat naturam per modum per se stantis, vt latius dicto loco explicatum est.

XI.
Totius qua-
stionis con-
clusio.

Igitur ex his omnibus facis constat principium individuationis naturæ substantialis, aut individui, per illam constituti, non recte in substantia, vel existentia constituti.

SECTIO VI.

Quod tandem sit principium individuationis in omnibus substantiis creatis.

Ex hac tenus dictis contra superiores sententias, videtur, quasi à sufficienti partium enumeratione, relinqui, omnem substantiam singularem, neq; alio indigere individuationis principio præter suam entitatem, vel præter

principia intrinseca, quibus eius entitas cōstat. Nam, si talis substantia physice considerata, simplex sit, ex se & sua simplici entitate est individua: si verò sit complexius, v.g. ex materia & forma vnitatis, sicut principia entitatis eius sunt materia, forma, & vnius eius, ita eadē in individuo sumpta sunt principia individuationis eius, illa verò, cum sint simplicia, se ipsas individua erunt. Quam sententiam tenuit Aureol. apud Capreol. in 2. d. 3. q. 2. & in eam tenet Duran. in 2. d. 3. q. 2. Eam verò referens Fonseca, in Metaph. c. 6. q. 3. dicit in fest. 2. esse omnium implicissimam, & quæ si ad verum sensum reducatur: quæstionē insoluta relinquit. Mihi tamen videtur omnium clarissima, & tam ipsum, quam fere alios in eam tandem accidere: quia reuera non potest fundamentū vnitatis ab ipsa entitate distingui. Vnde si cur vnitatis individua pro formalis non potest addere aliquid positivū reale supra entitatem individuā, quia quod hoc eadem est ratio de illa, & de omni vnitate: ita positivū fundamentum huius vnitatis quoad negationem quam dicit, nihil positivū addere potest, physice loquendo, illi entitati, quæ vna & individua denominatur: ergo illa entitas per se ipsam est fundamentum huius negationis: & hoc se, sū dicitur ab illa opinione se ipsa esse principium individuationis. Non enim negat hec opinio, in illa individua entitate posse ratione distinguiri naturam communem ab entitate singulari, & hoc individuum addere supra speciem aliquid ratione distinctum, quod secundum Metaphysicam consideratur, nem, habet rationē differentiē individuālis, prout in sectione precedente est, & Durand. non negat, sed potius supponere videtur. Sed tamē addit h. ec opimo (id quod propriè ad presentem quæstionem nem pertinet) illam differentiam individualem, non habere in substantia individua speciale aliquod principium, vel fundamentum, quod sit in re distinctum ab eius entitate, ideoq; in hoc sensu dicit, vnamquamque entitatem per se ipsam esse suū individuationis principium. Est igitur vera haec sententia recte explicata: vt tamen clarior hat, eam significat in vniuersis rebus substantialibus declarabimus.

Per quid individuetur materia prima.

Primum igitur à materia prima incipiendo dicendum est, illam esse in re individuam, & fundamentum talis vnitatis esse entitatem eius per se ipsam, prout est in re absque vlo extrinseco superaddito. Probarat, quia materia, quæ est sub hac forma ligni, est numero diuersa ab illa, quæ est sub forma aquæ, vel hominis: est ergo in se individua, & singularis. Fundamentum autem talis vnitatis in ea nō est forma substantialis, neque ordo ad hanc vel illam formam, vt probatum supra est contra Durand. quia variata quacunque forma substantiali, semper manet eadem numero materia, quæ licet actu sit vnitatis, vel illi formæ, tamen ex se communem, & in differentem habitudinem dicunt, ad quamcumque formam, quam potest recipere. Rursus, neque etiam quantitas potest esse fundamentum huius individuationis materiæ, vt idem probat argumentū, si verum est, materiæ amittere, & acquirere quantitates variag.

II.

varias prout formæ substantiales variantur. Itē quia iuxta eandem opinionem materia prius natura, quā recipiat quantitatē, subest actioni agentis inducētis formam vel quantitatē: non autem subest nisi ut individua & singularis: quia actiones sunt circa singularia. Si autem teneamus eandem quantitatē esse materiæ coenam, potest idem argumentum accommodari, saltem in ordine ad potentiam Dei: potest enim Deus ab hac materia hanc quantitatē auferre & aliam tribuere, vel omnino sine quantitate seruare: esset ergo eadem materia numero sine eadē numero quantitatē: ergo non est quantitas fundamentum talis unitatis ipsi materiæ, alias nullo modo posset sine illa suam unitatem seruare. Et praeterea sunt omnia argumenta communia supra facta, quod substantia non individuatur per accidens, nec per ordinem ad accidens, materia enim substantia est, licet partialis. Item quod individua substantia est ens per se. Item, quod accidentis supponit subiectum suum prout est in re, & consequenter singulare. Item quod differentia individualis non est in re distincta ab entitate, quam constituit: unde nec potest fundari in entitate distincta.

III. Atque hæ rationes à fortiori procedunt de quibuscumque accidentibus, vel dispositionibus materiæ. Quocirca cum dici ab aliquibus solet, materiam individuari ab agente, quatenus eius indifferentia ad hanc formam individuatur & coarctatur per dispositiones, vt aliqua ratione verum sit, sano modo intelligendum est: quia agès ut in materiam agat, supponit illam individuum, & actione sua non potest tollere, aut immutare individuationem ejus, alioqui destrueret illam, & loco eius aliam introduceret; neque etiam fieri potest, vt quod in re iam individuum est, per additionem alicujus entitatis aliam individuationem in se accipiat. Dicitur ergo materia per dispositiones limitari, seu determinari ab agente ad hanc formam, non in ordine ad esse, sed in ordine ad actionem ipsius agentis, & receptionem formæ, id est vel solum per accidens, & quasi negatiue, quia per dispositiones colluntur impedimenta ad hanc actionem, ad hujus formæ introductionem, vel erit alio modo per se & positive, si hæ dispositiones sunt naturaliter necessarie ad eductionem vel unionem hujus formæ cum hac materia, hoc enim controvèrsum est inter Philosophos, & ad præsentem difficultatem non refert, quia hæ coaptatio per dispositiones est quasi extrinseca ipsi materia, quæ etiam in individuo sumpta ex se capax est cuiuscumque formæ, & si dispositiones requiruntur, potius est ratione formæ, quam ratione ipsius materia: nihil ergo hoc refert ad intrinsecam individuationem ejus.

IV. Dices, materia hæ non distinguitur ab altera nisi per quantitatem, quia, cum sit pura potentia, non potest distinguiri nisi per actum. Item materia essentialiter respicit formam secundū speciem suam: ergo hæ individua materia individuari debet per formam, vel per habitudinem ad hanc formam. Ad primum respondetur, vnam materiam distinguere ab alia in ordine ad situm per quantitatem, entitatem vero & realiter distinguere per suam entitatem, vt supra dictum est, quia, sicut materia ex se habet aliquid entitatis, sive existentiaz, sive essentiaz, ita ratione illius habet aliquid actualitatis entitatiuz, per quam potest transcendentaliter ab alia distinguere. Ad secundū respondetur, Eo modo, quo materia essentialiter habet transcendentalē habitudinem ad formam, ita hæ materia habet per hanc habitudinem transcendentalē ad formam, quia habet hanc numero capacitatem, & potentiam, & homo individuatur per habitudinem ad formam: sed hoc ipsum est individuari physice per se ipsum: quia ejus entitas essentialiter includit hanc habitudinem. Non est autem necesse, vt hæ individuatio fiat per determinationem formæ (quo sensu deberet argumentum procedere,

vt aliquid difficultatis haberet) quia non solum materia in specie, sed etiam hæ numero materia respicit formam in communi, veluti ad quartum objectum suis capacitatibus, etiam ibi individuo sumptz, & ideo non recte dicitur materia individuari per hanc formam, sed individuari individuari habitudine ad formam. Sicut potentia visiva in specie dicit habitudinem ad colorem in communi, & in individuo similiter dicit habitudinem non ad hunc vel illum colorem, sed ad colorem in communi, & ideo non individuatur proprie per hunc colorem, quamvis individuetur cum tali seu per talem habitudinem transcedentalem, & entitatuam ad colorem.

Individuationis forma substantialis quodnam principium.

V.

Secundū dicendum est, formam substantialē. Se hæ intrinsece persuammet entitatem à qua secundum ultimum gradum, seu realitatem sumitur differentia individualis ejus. Hæ conclusio probari potest eisdem rationibus proportionalibus, quibus præcedens, & ex superioribus, præterim ex his, que in prima & secunda opinione dicta sunt, facile confirmari potest. Nam in primis, nulla accidentia possunt esse intrinseca principia individuantia formam substantialē, quia etiam talis forma, ut est hæ, est ens per se, licet incompletum, & pertinet ad prædicamentum substantiaz, & sub specie ratione talis formæ collocatur, quāvis reductiue. Item hæ forma, vel est simpliciter, & omniratione prior accidentibus, & origo illorum; vel, si aliqua supponit in genere causę materialis, non dicit per se habitudinem ad illa, sed ad summum requirit illa ut conditiones vel dispositiones necessarias ad præparandum subiectum: ergo nullo modo potest ab accidentibus individuari. Deinde materia non potest per se ipsam esse intrinsecum principium individuandi illā formam, quia non est intrinsecum principium entitatis ejus, idem autem est principium unitatis, quod est principium entitatis, ut sè dictum est, quia unitas nullam rem addit entitati, sed negationem intrinsecem comitantem illam. Antecedens autem patet, quia per suam entitatem componit illud, non sic autem componit entitatem formæ: non est ergo intrinsecum principium ejus. Respectu vero illarum formarum, quæ à materia pendent in fieri, & in esse, materia est causa per se in suo genere formæ, nō ut intrinsece componens illam, sed ut sustentans illam, quod est genus quoddam causalitatis veluti extrinsecum, & hoc modo materia dici potest causa & principium individuationis talium formarum in suo genere ex principio postio, quod causa entitatis, est causa unitatis, & quia materia non causat formam, nisi singularem & individuam, ergo causando entitatem, causat individuationem ejus: Tamen quia differentia individualis intrinsece prædicitur de re individua, ideo non sumitur ex causis quoque modo extrinsecis ipsius rei individua, sed ex intrinseco principio seu entitate ejus, & ideo hoc modo non potest esse materia principium intrinsecum individuationis formarum. Quod à posteriori declaratur in ordine ad diuinam potentiam: potest enim hæ forma substantialis conseruari sine materia, & tunc sicut retinet suam differentiam individualem, ita etiam suum intrinsecum principium individuationis: ergo non est materia huiusmodi principium intrinsecum. Hoc a manifestius est in anima rationali, in qua, sicut esse non causatur per se à materia, ita est neg. unitas, aut individuatio, vt notauit D. Thos. cont. Gent. c. 75, in solutione primæ rationis, & c. 81, in principio: ergo materia non solum non est principium intrinsecum individuationis animæ, verū etiam nec causa per se ejus.

eius, quamvis sit veluti occasio quædam, ut organizata tali corpore, Deus in illo talem animam creet.

**VI.
Dubium.**

Sed difficultas est, an individuatur saltem forma per materiam tāquam per terminum, ad quem dicit habitudinem. In hoc enim videtur esse differētia inter materiam & formam, quod materia, quia eadem numero subst̄at pluribus formis, non potest habere individuam terminacionem ex forma, quam respicit: at vero forma non habet eam differentiam, sed determinatur ad hanc materiam trāquandam, & ideo individuari potest ex hac materia, tanquam extermīno, ad quem dicit habitudinem, ut talis forma est. Et ita opinantur Thomistæ communiter, itaq; intelligunt D. Th. locis supra citatis & aliis, vbi ait formam individuari per materiam. Et eodem sensu expōni potest, quod ait, q. vnic. de anima, artic. 3. ad 13. principia individuationis formarum non esse de essentia carūm, sed hoc esse verum solum in cōpositis. Sed in primis ratio facta non habet locum in anima rationali, quæ eadē numero inanens potest diuersas materias actuare. Primum, enim simul ita actuat diuersas partes materiæ componentes idem corpus, ut tota sit in singulis partibus ergo non potest per coaptationē ad totū corpus, & ad singulas partes eius individuari. Sed magis vrget, quod successiū potest informare diuersas materias integras, ut quādo per nutritionē continuā pautalit amittit tota materia, in quam primum fuit introducta forma, & alia noua acquiritur, & eadē forma informatur. Itē ipsi nutritioni accidentarium est, q; his, vel illis cibis fiat, & tamen inde prouenit, quod anima hāc vel illā materiam postea informet, ergo hoc etiā illi est contingens, & accidentarium: non ergo inde individuatur, nec de se est coaptata ad hāc numero materiam.

VII.

Dicit fortasse aliquis, ex se postulare hāc animam, ut saltem in principio in tali materia introducatur, licet postea possit illam relinquere & aliam informare; & hāc ratione individuari ab illa materia, in qua primo introducitur. Sed hoc in primis gratis dicitur: nam, si eadem anima potest diuersis temporibus variis materias naturaliter informare, signū est virtutē informatiū, seu aptitudinem eius ad informandum non respicere ut ad quācum terminum hanc numero materiam. Quo ergo fundamento dici potest ex se magis postulare vnam materiam in principio, q;iam aliam, vel magis intrinsecè respicere vnam, quam aliam? Alias eadem modo dici posset materia natura sua postulauisse, vt sub eis numero formis crearetur, sub quibus creata fuit, & ab illis fuuisse individuatam, quamvis potuerit postea sub aliis formis conseruari: sicut ergo hoc effet ibi gratis dictum, ita etiam sine fundamento dicitur de anima. Finge enim, illam materiam numero, quam proles per propriam nutritionem acquirit, & informat, fuisse prius sub forma sanguinis materni, ex quo in principio corpus eiusdem prōlis formatum est, certe, sicut in illa materia postea per nutritionē disposita introduci potuit hāc numero formā, ita etiam, si in prima formatione dispositio fuisset virtute seminis ex sanguine materno, similiter potuisset eadem forma naturaliter in eam introduci: nulla enim reddi potest philosophica ratio, cur non potuerit: ergo hāc anima etiam ut hāc, indifferēt ad plures materias informandas, siue in principio in productione, siue postea in conseruatione.

VIII.

Nec refert, si quis dicat, has materias conscriviā, & eandem, quia paulatim sit mutatio sub dispositionibus, & organizatione eiusdem rationis: quia hāc vnitas materiæ vel corporis magis est secundum exteriorā speciem, & apparentiam quam secundum vñam ac physicā entitatem corporis seu materiæ. Adde, quod licet contingat, totam mutationem fieri per separationem integrum vnius corporis, & coniunctionem alterius materiæ, nihilominus anima virumq; naturaliter informaret. Sicut

probabile est in resurrectione interdum euenterum. Ut si contingat in hac vita, duas animas easdem omnino materias informasse, poterit alteri carum dari corpus ex alia materia, quod non minus connaturaliter informabit, quam, si ex priori materia contaret. Ergo signum est, hanc animam, ut aptam ad informandum nullō modo respicere determinatē hanc materiam, & consequenter non individuari ab haec materia, ut est hāc, etiam ut à termino suā habitudinis transcendentialis: quia nō est terminus ad æquatus illius. Individuatur ergo hāc anima per se ipsam, & ex vi suā entitatis; & consequenter, quia intrinsecè habet talem individuam aptitudinem ad informandum corpus humanum ad eum modum, quo paulo antea de habitudine materia dicēbamus. Atq; ita in particulari de anima rationali docet Thomas lib. 3. de anima, q. 18. concl. 2. & 3. qui hoc confirmat argumento supra nobis factō, quia in assignando individuationis principio fistendum est in aliquo, quod per se individuatur: ergo si materia vel quantitas dicantur per se individuari, multo magis id est dicendi de anima rationali, quia per se est subsistens, & magis dat esse reliquias, quā recipiat ab eis. Corporū ergo varietas est optimum signum à posteriori distinctionis animalium, quia est veluti occasio producēdi diuersas animas, non est tamē proprium, & intrinsecum principium individuationis eorum.

Sed, an sit eadem ratio de omnibus alijs formis substantialibus, quæ à materia pendent in esse, non videtur posse argumento nuper facto diuidicari, quia haec forma ita informant hanc materiam numero ut omnino sint determinatae ad illam informandam nec possint naturaliter aliam numero distinctā materiam informare, cum non possint ab hac separari, neq; simili, neq; paulatim, quod etiam procedit de animalibus brutorum perfectorum, si illa extensa sint; & diuisibiles, ut communis & fortasse probabilior tenet opīmo (nam si indiuisibiles esse supponantur, procedet in eis argumentum factum de animalibus rationalibus) recte igitur dici potest materialis forma substantialis esse hāc intrinsecè quidem per coaptationem ad hanc numero materiam, per ipsam vero materiam, tanquam per terminum huius habitudinis. Sed nihilominus etiam in his materialibus formis hoc propter dici non potest: quia, vel in hac numero materia includuntur dispositions, quibus hāc materia ab agente præparatur ad hāc formam, vel intelligitur solum hāc materia prima secundum nudam entitatem eius: neutro autem modo id satis intelligi, aut explicari potest.

Primum patet, quia materia cum accidentibus non potest esse ratio individuationis formæ, etiam ut terminus habitudinis eius, quia cum hāc habitudo sit transcendentalis & substantialis, non includit accidentia in suo principio ac per se termino. Item, quia, si supponamus non esse easdem dispositions in genito, quæ praecesserunt in corrupto, procedunt argūmenta supra facta, quod forma potius natura absolute & simpliciter informat materiam accidentibus nudam, informat autem illam ut individua, & singularis est: ergo eodem modo respicit illam, secundum suam aptitudinem, & coaptationem individualem. Si autē supponamus, manere in materia dispositions, quæ fuerint in corrupto, sic etiam forma non informat materiam ut affectam accidentibus, licet illa presupponantur velut conditions necessariae, vel fortasse solum, quia relinquantur ex praecedenti alteratione: ergo neque hāc forma ut hāc, recipit accidentia, sed materiam tantum. Eo vel maximè, quod licet varientur hāc numero accidentia, vel paulatim naturaliter, vel simili supernaturaliter, & alia familiā dentur, conseruabitur eadem numero forma in eadem materia, ergo nullo modo respicit hāc forma, ut est hāc, talia accidentia numero, ut ab eis individuatur. Quin potius, licet da-

remus,

XI. remus, hanc formam requirere hac numero accidentia, non ideo est ipa forma talis in individuo propter accidentia, sed potius è contrario accidentia requirentur talia propter talem formam, loquendo à priori & simpliciter, licet quoad nos, vel in ordine ad productionem, vel generationem, tales dispositiones sine principio, vel occasio distinguendi formas.

Secundum autem, scilicet, quod neque hæc materia prima pure sumpta, posset esse hoc modo principium individuans formam, probatur primo, quia hæc materia potest esse communis multis formis, vel specie, vel numero diversis, ergo ut sic non est sufficiens principium individuans formam, quia, quod de se commune est, ut sic non potest esse individuationis principium. Secundo ex parte ipsius formæ, qualicer hæc forma semel facta in hac, & ex hac materia, non posset esse in alia propter dependentiam quam habet ab illa, qua dependentia talis est, ut nec forma illa posset naturaliter conseruari sine illo genere causalitatis materialis, neq; etiam sit aliqua via aut modus naturalis, quo posset hæc forma in aliam materiam transferri, ut ab illa conseruetur: nihil minus tamen, si entitas talis formæ secundum se consideretur, non videtur eius aptitudo intrinseca determinata ad hanc numero materiam informandam, ita ut intrinseca sit inepta ad informandam naturaliter quamcunque aliam materiam numero distinctam: ergo non recipit suam intrinsecam individuationem ab hac numero materia, etiam tanquam à termino sue habitudinis, seu aptitudinis informatiæ. Probatur consequentia, quia non est hæc materia terminus ad æquatus illius habitudinis, quandoquidem aptitudo huius formæ secundum se & quæ connaturaliter posset exerceri in alia, vel alia materia, si in qualibet ponetur. Nam quod per causas naturales solum ponatur in hac materia & non in alia, non tollit intrinsecam aptitudinem eius, neque facit, ut hæc materia sit ad æquatus terminus illius. Sicut fortasse est in vniuerso aliqua portio materiae, quæ semper fuit sub eadem numero forma, & semper erit, nec fortasse est via naturalis ad variandam illam, & non propterea aptitudo materiae de se terminata est ad talem formam.

XII. Antecedens vero suaderi potest multis coniecturis, quæ communes sunt etiam animabus rationalibus. Prima, quia de potentia absoluta hæc forma transferri posset in aliam materiam, & illam informare, ergo signum est, esse in tali forma aptitudine naturalem intrinsecam ad informandam illam, quantum ex ipsa est. Probatur consequentia, quia licet illa actio, seu transmigration huius formæ à materia in materiam esset supernaturalis quoad modum, tamē terminus productus naturalis esset, compositum enim illud ex tali forma & materia naturaliter subsisteret. Secunda, quælibet alia materia numero distincta est capax quanti est ex se cuiuscunque formæ individuæ, etiam si contingat esse in alia materia numero distinctæ: sine fundamento enim existimaret quis capacitem huius materiae numero de se esse limitatam ad has formas potius quam ad illas, eo quod fortasse agentia naturalia secundum naturalem ordinem non possint efficiere in ea eas individuas formas, quas in alijs materiis efficiunt. Quia cū materia de se sit pura potentia & indifferens, non potest ei conuenienter ratione attribui talis determinatio: illa ergo materia numero, quæ de facto est sub hac forma huius equi, quantum est ex se capax esset alterius animæ equi numero distincti, quæ de facto informer aliam materiam: ergo & è conuerso illa anima etiam est apta, quantum est ex se ad informandam hanc, vel illam materiam. Patet consequentia, quia potentia & actus naturalis sibi mutuo correspondet: vnde potentia non respicit naturaliter, nisi actuū illum, qui aptitudinem habet naturalem ad informandam illam.

Tertio quia, si hæc anima equina, verbi gratia, tantum est apta ex se ad informandam hanc numero materiam, omnes animæ equinæ, quæ possent illam numero materiam informare diversis temporibus, haberent inter se aliquam conuenientiam realem, quam non haberent cum manib; equinis informantibus alias materias, quia omnes illæ habent aptitudinem ad informandam hanc numero materiam, quam alia animæ equinæ informare non possent. Et idem argumentum fieri potest in omnibus formis aquæ, ignis, & similibus, quod scilicet sub eadem specie formæ ignis, v.g. detur quædam latitudo individuorum respicientium hanc numero materiam tantum, & aliam latitudinem aliorum respicientium hanc numero materiam, & sic de aliis, atque ita sub conceptu specifico posset dari conceptus obiectuus substantialis, & communis multis individuis illius speciei, & non alii, quod videtur absurdum, nam illa conuenientia, cum sit realis & substantialis, erit etiam essentialis talibus formis, & consequenter species ultima erit diuisibilis per plures differentias essentialias, quod inuoluit apertam repugnantiam. Verum hæc ratio magis est apparent quam efficax, quia potest habere nonnullas evasions & difficultates, quas artigemus commodius disputat. sequent: tamen alia rationes efficaces sunt, quas amplius confirmabimus, & declarabimus sect. seq. Restat igitur satis probata conclusio posita, quod intrinsecum principium à quo sumitur individualis differentia formæ substantialis, sit ipsam entitas formæ, quatenus ex se habet talem aititudinem ad informandam materiam, nam exclusa sunt omnia extrinseca, vel distincta ab ipsa forma, quod ab eis individuari non possit, quo fit, ut forma non sit hæc, quia respicit hanc materiam, sed solum quatenus habet talem aptitudinem ad informandam materiam.

Substantiales modi quo principio individuationis uiduentur.

Dico tertio: Modus substantialis, quia simplex est, & suo modo individuabilis, habet etiam suam individuationem ex se, & non ex aliquo principio ex natura rei è se distinto. Declaratur exemplis, in visione, verbi gratia, formæ ad materiam, vel materię ad formam, quam suppono ex infra dicendis esse modum substantialis. Item in subsistencia simplici, & idem esset de existentia, si esset modus realis essentiae ex natura rei distinctus ab illa. Itaque constat visionem, quam nunc habet anima mea ad meum corpus, esse viam numero, & individuam, tum quia est quid reale: & à parte rei existens, & distinctum ex natura rei ab anima, tum etiam, quia differt numero, & non specie à modo vniuersi alterius animæ ad corpus suum, habet ergo suam individualem differentiationem: ergo & intrinsecum aliquod principium, seu fundamentum eius: hoc ergo principium dicimus, nihil aliud esse posse, nisi tantum ipsum modum qualiscunque illa entitas sit. Hoc autem probari potest primo rationibus generalibus factis, quod ita vnaquaque res est vna, sicut est, & quod negatio quam addit vinita immediate fundatur in entitate rei secundum quod in se est: ac denique, quia vnaquæque entitas simplex se ipsa intrinseca talis est seu constituitur nostro modo intelligendi in suo esse, & consequenter etiam se ipsa distinguitur ab aliis. Secundo probatur excludendo alia principia huius individuationis: nam, si quæ essent, maxime esset hæc anima, vel hæc materia, respectu huius vniuersis (ut inchoatum exemplum prosequamur, omitto autem accidentia, quia illa iam satis exclusa sunt rationibus factis de materia & forma) sed hic modus non individuatur proprie ex hac materia, & ex hac forma; quia licet hic modus vniuersis in individuo,

non

non possit esse in alia forma propter specialem identitatem realem, quam habet cum hac forma, neque etiam possit fieri, nec conseruari in alia materia numero distincta, quia respicit hanc non secundum aptitudinem, sed secundum actualem quandam rationem, quae adaequata terminatur ad hanc materiam, nihilominus tamen possent haec anima & haec materia vniuersalia alia vniōne numero distincta. Non enim est necesse, ut si vno huius anima & formæ nunc dissoluatur & pereat, & iterum rursus haec materia, & haec forma à Deo vniāntur, eandem numero vniōnem recipiant, quam antea habebant. Nam licet demius hoc posse fieri, de quo aliqui etiam dubitant, non est cur sit necessarium, quia in alijs modis figuræ, sessionis, aut similibus, non est necesse eisdem numero reproduci, imo id non est naturale. Possunt ergo illæ vniōnes numero distinguiri in eadem forma respectu eiusdem materiae, ergo principium individualitatis eius non sumitur sufficienter ex hac forma, vel haec materia, ergo oportet, ut ex se habeat talis modus intrinsecus fundamentum suæ individualitatis, quamvis secundum illud respiciat haec formam, & haec materiam habitudine transcendentali: quia haec est natura talis modi.

Compositi substantialis quod principium individualitatis.

xv.

Quarto dicendum est in substantia composita, ut tale compositum est, adaequatum individualitatis principium esse haec materiam, & haec formam inter se vinitas, inter quæ præcipuum principium est forma, quæ sola sufficit, ut hoc compositum, quatenus est individualitum talis speciei, idem numero censetur. Hac conclusio sequitur ex præcedentibus, & ex dictis sectione 4. & est consentanea opinioni Durandi, & Toleti supra tractatis, & in re non dissentient Scotus, & Henr. nec Nominales omnes. Fons etiam non dissentit lib. 5. Metaph. qu. 5. quamvis dicat, impropria locutionem cum dicimus, haec materiam, & haec formam esse principia individualitatis Physica, quia neq; forma haec, neque haec materia, neque amb; simul addi possent naturæ specificæ hominis, ut cum ea constituant hunc hominem, & quia etiam haec materia & haec forma sunt individualia, ex suis naturis specificis, & propriis individualitatis principiis constituta. Sed in his rationibus diuerit à Physica ratione ad Metaphysicam compositionem, cum enim haec materia, & haec forma dicuntur principia Physica individualitatis huius compositi, non comparantur ad specificam naturam communem, sed ad Physicum compositum, quod componunt: & ideo non est necesse, ut addantur naturæ specificæ communi, sed ut componant illam componendo individualitum, in quo illa includitur. Vnde secundum eandem Physicam constitutionem talia principia simplicia sunt, neque habent alia, quibus physice individualiuntur, sed se ipsis individualiuntur, ut declaratum est. Non est ergo impropria locutio, sed vera ac propria, quia eadem sunt principia individualitatis intrinsecæ, quæ sunt principia intrinsecæ entitatis, ut sacer dictum est, quia individualiatio sequitur entitatem, ut est negatio quædam, ut autem includit positum, est ipsam etiatis, nihilq; illi addit, sed haec materia, & haec forma inter se vinita sunt intrinsecæ principia totius entitatis compositæ substantiae, de qua agimus, ergo sunt etiam intrinsecæ principia Physica individualitatis. Et confirmatur, nam materia & forma absolute sumptæ sunt principia physicae speciei substantiarum compositarum, & specificationis eius: ergo haec materia, & haec forma erunt principia physica individuali, & individualitatis eius. Et eodem modo concludi potest, neutram per se, sed utramque simul esse

hoc adaequatum principium. Quia hoc compositum ut omnino & complete sit idem numero, requirit non solum hanc formam, vel hanc materiam, sed utramq; simul, & quacunque variata non manet simpliciter, & omni ex parte idem numero compositum, quod antea erat: quia aliqua ex parte variata est eius entitas, ergo materia & forma sunt adaequatum principium unitatis numericae totius compositi, ut tale est. Et confirmatur ratione facta, quia eadem sunt principia unitatis, quæ entitatis: sed haec materia & haec forma sunt adaequatum principium intrinsecum huius composita entitatis, ergo & unitatis, & individualitatis.

Atque hinc constat, etiam hanc vniōnem eandem numero requiri ad perfectam unitatem talis compositi, quia suo modo intrinsecè concurrit ad constitutionem eius, entitas enim compositi non *illatum*, solum entitatem materie & formæ, sed etiam vniōnem earum inter se intrinsecè includit: ergo variata vniōne in aliquo variatur entitas, & consequenter unitas ipsius compositi: requiritur ergo ad perfectam unitatem, & individualitatem: ergo ratione posset etiam haec vniōne numerari in his, quæ compleat perfectum individualitatis principium ipsius compositi. Non est autem ita necessaria, sicut materia & forma, quia haec sunt simpliciter principia essentia talis compositi, vniōne vero est, quasi conditio requisita, seu causalitas materie ac formæ, ut dixi in z. tomo 3. par. disput. 34. sect. 2. Comparando etiam inter se materiam & formam, præcipuum principium est forma, non tantum respectu naturæ specificæ, sumpta forma in specie, sed etiam respectu huius individualitatis, sumpta forma individuali: quia haec forma est maximè propria huius individualitatis, & quia illa est, quæ compleat hanc numero substantiam integrā, nam haec materia solum inchoat illam, & quantum est de se non magis inchoat haec quam aliam. Item quia haec forma est præcipuum principium essendi, & consequenter est etiam præcipuum principium distinguishing hanc substantiam ab aliis; sed idem est principium unitatis, quod est principium entis, & distinctionis eius ab aliis: ergo Dices, formam esse *solutum*.

principium distinctionis specificæ, quia facit difference formaliter, non ergo potest esse principium distinctionis numericae; alias distinctione numerica est formalis & essentialis. Respondetur, formam secundum suam rationem specificam & essentialiem facere differentiam specificam, & essentialiem, formam vero individuali secundum entitatem suam facere distinctionem entitativam, & numeralem. Petrus enim & Paulus magis differunt inter se numero, quia habent animas numero distinctas, quam quia habent distincta corpora. Atque ex his patet ultima pars conclusionis, quæ satis etiam probatur ex communis modo loquendi, quem supra notauimus; simpliciter enim censetur idem homo, non tantum secundum apparentiam, sed etiam secundum veritatem, quia haber eandem numero animam, etiam si corpus mutatum sit. Ratio vero est, quia forma simpliciter censetur constituer speciem, & similiter haec forma hoc individualitum sub tali specie.

Sed quæres, an differentia individualis in rigore sumatur à completo principio, materia scilicet, & forma, an vero ab altero tantum: nam autores videtur frequentius sentire, ab altero tantum sumi, nam, cum haec differentia simplex sit, non videtur sumenda à toto composito, neq; à duplice principio partiali, sed ab uno tantum, quod simplex sit. Tamen differunt, nam quidam aiunt, illud principium esse materiam, ut Caiet. & ali; alii vero dicunt esse formam, ut Scotus, & in diem inclinat Durand. Et hoc posterius ei verius, supposito priori fundamento, scilicet, quod differentia individualis ab altero tantum ex his principiis sumenda sit. Loquimur autem de ipsa secundum se, nam quoad nos, qui ex rebus mate-

materialibus cognitionem sumimus, sepe distinctio individuorum ex materia sumitur, vel ex accidentibus, quae materiam consequuntur, ut sunt quantitas & aliae proprietates: at vero secundum se, sicut differentia sumenda est à principio substantiali, & non ab accidentalibus, ita inter ipsa substantialia principia, ab eo sumenda est, quod præcipuum est, & magis proprium, ac ultimum constitutum ipsius rei: huiusmodi autem est forma, ut ostensum est. Item est hoc verum, loquendo de individualiis naturæ vel speciei, prout formaliter in ea constitutur. Propter quam rationem supra diximus, suppositum esse unum numerum, si vna numero habeat substantialiam; etiam si natura vna non sit, quia formale constitutum suppositi est substantialia incommunicabilis, à qua sola sumenda est ratio individualis suppositi ut sic: è contrario vero diximus, unitatem ac differentiam individualiū rei singularis, ut constituta sub tali specie, vel essentia substantiali, sumendam esse ex natura substantiali, quae formaliter constituit tale individualium. Ad hunc ergo modum dicimus in praesenti, differentiam individualiū huius hominis formaliter sumpti ut individualium est specie humanae, sumi ex hac anima. At vero, si loquamur de hoc composite, ut perfecte, & omni ex parte unum est, verius dicetur, differentiam individualiū eius sumi, ex tota entitate eius, atq; adeo ex adiquato physico, quod materialis, & formalis includit, ut hoc modo etiam de toto illo cōposito veretur, per se ipsum, seu per suam entitatem individualiū: nam per illam habet idētatem simpliciter in se, & diueritatem ab omni alio. Neque est inconveniens, quod differentia, quæ secundum conceptum Metaphysicum simplex est, id est, non composta ex genere & differentia, sumatur ex entitate seu natura physice composta, quatenus vna est, & per modum unius individualiū naturæ concipitur.

Spirituales
substantia
complexa,
quo individualiū
sumuntur.

Vltimo ex dictis satis constat, quid dicendum sit desubstantiis immaterialibus, in quibus differentiae etiam individualiū inueniuntur, ut ostendimus: unde, cum in eis non sit, nisi simplex substantialis entitas completa, constat in eis non posse esse aliud principium individualiū præter ipsam vniuersitatem rei entitatem, quæ ex se talis est, & per se ab aliis distinguitur. Et in hoc omnes conueniunt qui has substantias individualiū esse fatentur, quinque rationes declarant individualiū eorum. Qui autem dicunt, de se conuenire tali naturæ specifica spirituali, multo magis, & a fortiori docent persuas entitas individualiū, ut pateat ex Capreol. in 2. dist. 3. Caiaran. & aliis 1. part. quest. 3. art. 3. quest. 50. art. 4. Soncin. 12. Metaphysic. quest. 49. Iauell. quest. 25. Ferrar. contr. gent. capit. 21. Qui vero censem etiam in rebus immaterialibus individualiū fieri per additionem differentiarum, nec esset etiam docente, illam esse sumendam ab ipsa entitate substantiali Angelii secundum se; quia nec sumenda est ab accidentibus, neque est aliud, vnde sumi possit; quæ omnia satis probata sunt ex dictis. Argumentum autem vulgare, quod si haec substantialia per suas entitates differunt, nec esset differentiarum formaliter & essentialiter; iam est solutum in simili de aliis formis. Nam illae entitates quantumvis formales, possunt esse omnino similes in ratione essentiali; & tunc licet se ipsis distinguantur nihilominus distinctio est numerica, quia est in entitate, non in ratione formalis. Dicuntur autem distinguiri se ipsis, non quia similes non sint, sed quia vna ex se habeat, quod non sit alia, similitudo enim non excludit distinctionem, ut infra dicitur.

SECTIO VII.

*Virum principium individualiū accidentium,
sū ex subiecto sumendum.*

Non dubitatione iudicem fere dicendi modi esse possunt, qui in precedente sectione relati sunt: tamē quia eadem doctrina, quæ de formis substantialibus data est, ad accidentales est proportionaliter applicanda, ideo brevissime potest hæc res expediti, addendo pauca, quæ sunt propria accidentium. Supponimus ergo ex dictis in sect. 2. in formis accidentalibus necessarias esse differentias individualiū, quas individualiū formæ addant rationibus specificis, à quibus saltem ratione distinguantur, nam doctrina ibi data generalis est, & rationes factæ de omnibus speciebus, & individualiū procedunt. Vnde fit, loquendo de principiis Metaphysicis constituentibus & distinguenteribus res, nullam relinqui questionem circa principium individualiū accidentis: est enim in eis differentia individualis, quæ in unoquoque propria est, & contrahit speciem ad esse talis individualiū. Solum ergo restat quærendum, quoniam sit physicum fundamentum & principium huius differentiæ, & hoc sensu inuestigamus hæc principium individualiū accidentis, sicut de substantiali diximus. Et ideo nulla nobis est hoc loco controversia cum Scoto, qui suis hæcceitatibus (quæ nihil aliud sunt, quam differentias individualiū) questionem hanc terminandam esse censuit nos enim etiam admittimus differentias illas, tamen vltius inquirimus physicam radicem earum differentiarum.

Dux igitur opiniones tantum hæc referri possunt. Prior est, accidentia individualiū per subiectum. Ita docet D. Thom. 1. part. quest. 29. art. 1. & quest. 39. art. 3. & opusc. 29. in fine. Sed quod lib. 7. art. 19. limitat hanc sententiam, dicitque esse veram in aliis accidentibus præter quantitatem, quam dicit non ex subiecto, sed ex situ individualiū, reliqua vero accidentia ex subiecto, saltem ex quantitate. Vnde infert, quaminus possit quantitas individualiū conservari à Deo sine subiecto, non tamen albedinem, aut reliqua accidentia que necessario requirunt subiectum, saltem quantitatem ipsam, ut sicut individualiū. Hincque docet D. Tho. Læpe non posse dari duas albedines separatas & solo numero distinctas, quia non haberent per quod distinguerentur, 1. part. quest. 50. art. 4. & quest. 75. art. 7. Idemque docet ac defendit Capreol. in 1. dist. 54. art. 2. conclus. 2. Fundamenta huius sententiae sunt eadem, quæ superius allata sunt ad probandum, formam substantiali individualiū à materia signata. Et confirmatur primò, nam accidentis habet totum suum esse in ordine ad subiectum: ergo individualiū habere debet à subiecto, nam vnamque res individualiū debet ex eisdem principiis, à quibus habere esse. Secundò, quia si accidentia non individualiū erint à subiecto, possent plura accidentia solo numero diversa in eodem subiecto recipi, quia non obstante indentitate subiecti habere possent inter se distinctionem, vnde nulla posset ratio huius repugnari assignari, videmus autem, non posse idem subiectum duas albedines, vel duos calores recipere: tota ergo ratio huius est, quia à subiecto individualiū; & ideo hoc ipso, quod in eodem subiecto recipiuntur, sunt unum, & non duo.

Secunda opinio est, vnamquamque formam ac-
cidentalem physice individualiū per se ipsam, vt est
talis entitas actu, vel aptitudine, neque habere aliud
intrinsecum principium individualiū, præter
suam entitatem. Ita sumitur ex opinione Durandi su-
pra tractata; & omnes rationes, quas adduximus de
forma substantiali, probant idē de forma accidentali.

III.
*Aliorū op.
Punīa*

Et summa est, quia unaquæcunq; res per illud idem formaliter, & intrinsece est una numero (quod fundatum unitatis seu negationis, quam dicit unum) per quod est ens actu in rerum natura, vel aptum ut sit huiusmodi, quia omne tale ens est singulare, ut supra ostensum est, sed omnis res per suam entitatem est intrinsece & formaliter huiusmodi ens actu, ergo per eandem est singulariter quid, & individuum, ergo & accidentia hoc habent. Et confirmatur, quia subiectum non potest esse principium individuans accidentia; ergo tantum esse potest huiusmodi principium intrinseca entitas ipsorum accidentium: Antecedens patet, quia in primis subiectum non potest dici principium intrinsecum individuationis accidentis, tanquam intrinsece & per se componens accidens, quia nunc non agimus de composito ex subiecto & accidente, sed de ipsa accidentalis forma, quam constat non componi intrinsece ex ipso subiecto, nec subiectum hoc modo esse principium intrinsecum eius. Rursus nec subiectum potest dici principium individuans accidens, tanquam terminus habitudinis, seu aptitudinis talis accidentis ad informandum tale subiectum, primo quia respectu eiusdem subiecti numero possunt duo accidentia solo numero distincta habere aptitudinem ad informandum illud, ergo ille aptitudines non possunt distingui numero ex subiecto: ergo ex se ipsis. Secundum hoc maxime vrgit de quibusdam accidentibus, quæ secundum habitudinem suam non sunt in subiecto, sed illud referunt, vel aliquo modo in aliud ducunt, ut sunt relationes, actus, habitus & similia: si enim accidentis dicitur individuari ab subiecto, quia respicit illud naturaliter, cur haec accidentia non dicuntur potius individuari ab ultimis terminis, quos naturaliter respiciunt, maxime cum ab illis secundum communes rationes sumat essentialia, seu specificas rationes suas? Tertio, quia sine fundamento dicitur, hoc accidentis numero habere naturalem coaptationem & habitudinem tantum ad hoc subiectum: nam, licet fortasse per naturales causas in solo illo fieri possit, nihilominus tamen ipsum de se aptum est, ut informet quodvis subiectum capax talis accidentis, sicut est contrario accidere potest, ut hoc subiectum non possit naturaliter habere, nisi hanc albedinem, vel hanc quantitatem, & tamen non propterea capacitas eius intelligenda est ita ex se limitata, & determinata ad hoc accidentis, ut non sit de se sufficiens ad similia accidentia recipienda. Denique hoc ipsum suadere potest omnibus rationibus, quas de forma substantiali fecimus.

Questionis resolutione.

V. Hæc controversia distinctione supra insinuata dirimenda est, & definienda. Diximus enim duplum posse nos loqui de principio individuationis, primò in ordine ad esse, & ad propriam rei constitutionem secundum se. Secundò in ordine ad productionem, quatenus determinatur agens ad distinctum individuum producendum, vel ad efficiendum unum potius, quam aliud, & consequenter in ordine ad nostram cognitionem, quatenus sensibiliter (ut sic dicam) distinguere possumus unum ab alio. Priori igitur consideratione (quæ maximè à priori est, & maximè propria huius scientiæ) vera est posterior sententia, docens accidentia non ex subiecto, sed ex propriis entitatibus habere suam individuationem, & numericam distinctionem, ut fatus probant rationes factæ tam hinc, quam sectione præced. & patebit amplius ex dicendis in solutionibus argumentorum. Posterior autem consideratione (quæ magis est physica & à posteriori) dici possunt accidentia accipere individuationem ex subiecto, tanquam ex radice, seu occasione potius multiplicationis, & distinctionis eorum. Hoc tamen non

de subiecto nude sumpto, sed adhibitis aliis circumstantiis, vel conditionibus ad actionem necessariis intelligendum est, ut in solutionibus argumentorum commodius explicabitur.

Fundamenta ergo prioris opinionis, quatenus eadem sunt cum rationibus, quibus probari solet, materiam signatam quantitate esse principium individuationis, & repugnare possunt priori parti sententiæ à nobis positæ, satis tractata sunt, & expeditæ præced. Prima vero confirmatione solum probat, accidens habere suam individuationem in ordine ad subiectum, ab eoque naturaliter pendere, non tamen, quod individuum subiecti sit principium intrinsecum individuationis accidentis, sed secunda vero confirmatione, & in fundamentis posterioris sententiæ petitur commune dubium, quod hoc loco prætermiti non potest, suam tamen propriam questionem postulat.

SECTIO VIII.

An repugnet, duo accidentia solo numero diversa, esse simul in eodem subiecto, ob corum in-dividuariorem,



Ccidencia solo numero differentia esse in eodem subiecto duabus modis accidere potest, scilicet simul, vel tantum successiue, & utrumque est in controversia positum, & in praesenti sectione solum priorem tractamus.

Prima opinio tractatur.

IN qua est prima opinio, quæ non solum de accidentibus eiusdem speciei, sed etiam diversarum specierum, si sub eodem genere proximo continentur, negat posse simul esse in eodem subiecto. Videatur D. Thom. i. part. quæst. 8. art. 1. vbi Impossibile (inquit) est, idem subiectum perfici simul pluribus formis unius generis & diversarum specierum, sicut impossibile est, quod idem corpus secundum idem simul coloretur diversis coloribus, vel figuretur diversis figuris. In quæst. aurem 8. de verit. art. 14. id declarat de formis existentibus in actu perfecto. Quam expositionem amplectuntur communiter Thomistæ, & ita solvant argumenta de pluribus speciebus intelligibiliis, seu sensibilibus sub eodem proximo genere contentis (vtsunt species hominis & equi) in eadem potentia simul existentibus, & de duabus scientiis, v.g. vel duabus virtutib. moralibus, vel Theologicis, quæ, cum specie differant, & sub eodem proximo genere continentur, simul esse possunt in eadem potentia, etiam cum perfecta intentione, hæc enim & similia dicunt esse simul solum in actu incompleto, quia soluta sunt simul in actu primo, seu in habitu, non in actu secundo.

Sed reuera difficile est, opinionem hanc in ea generalitate simpliciter & absolute sustinere. Primò, quia non potest sufficiens eius ratio reddi; ut enim bene Scotus obiicit in 1. dist. 3. quæst. 6. §. ad questionem igitur: In exemplis, quæ D. Thom. supra attulit, ideo illa accidentia specie differentia non possunt esse simul, quia includunt aliquam oppositionem in ordine ad subiectum, semper enim duo colores opponuntur, aut tanquam extreme contrarii, aut sicut extremus, & medius, aut sicut accidentes magis ad alterum extermorum: figure etiam includunt repugnantiam in situ, aut in rectitudine & obliquitate, vel aliqua re simili: non est autem necesse, omnia accidentia specie differentia habere huiusmodi oppositionem respectu subiecti. Deinde non male vrgit Durand. in 2. dist. 3. quæst. 8. argumentum de speciebus intelligibiliis (quamuis ipse male illo vta-

V.

I.

II.

lo vtratur ad negandas species intelligibiles) argumentatur igitur, quia, quamvis intellectus actu non intelligat, species plures sunt perfectæ, & compleæ, quantum ad actum informandi: nam actualis operatio nihil referre ad esse completum formæ. Respondebat Caiet. i. par. quæst. 85. artic. 4. hoc esse verum de speciebus in esse reali, non tamen in esse intelligibili. Sed, ut omittam, hanc esse quandam petitionem principii in questione quam ibi disputat, scilicet an possit intellectus simul habere plures actus intelligentiæ: quia, ut ipsemet exponit, illud esse intelligibile, nihil aliud est, nisi, quod actu moueat potentiam ad actualem considerationem; vt hoc (inquam) omittam, ad questionem de qua hic agimus satis est, quod duo accidentia secundum suum esse reale simul habeant actu informandi completum in eodem subiecto. Et idem argumentum heri potest de habitibus virtutum moralium, aut scientiarum, in quibus nō habet locum illa distinctio de esse reali, aut intelligibili. Et ex his potest extendi argumentum etiam ad actus: non enim repugnat eos esse simul, quantum est ex parte ipsorum, aut ex parte potentiarum receptivæ: finis deit virtus actiua, quæ possit simul illos efficere: quia in reliquis non est maior repugnantia inter actus, quam inter habitus eiusdem generis, si alias non sint contraria.

III. Et ita etiam soluit ratio, quam D. Thom. insinuat in dicta questione 8. de verit. scilicet, quia actus eiusdem generis respiciunt eandem potentiam, & terminant illam: non potest autem simul eadem potentia pluribus actibus terminari. Respondebat enim, hoc esse verum in actibus adæquatis eidem potentie, nō vero in inadæquatis, vt in præsenti una species, vel unius habitus non est adæquatus actus primus intellectus, quia non perficit illum in ordine ad adæquatum obiectum eius: & ideo possunt in eo simul plures esse, etiam siue eiusdem generis, donec integrè & adæquate ipsum perficiant. Et idem dicendum erit de quibuscumque formis accidentalibus. Ut, v.g. calor & fuscitas, quamvis fortasse conueniant in genere proximo, possunt in eodem igne simul esse, quia neutra illarum qualitatuum per se implet capacitatem naturalem ignis, neque passiuam quam habet ratione materia, neque quodammodo actiua, quam habet ratione formæ per naturalem dimensionem. Propositio ergo illa D. Thom. vt aliquo sensu vera sit, intelligenda est de formis, quæ complè & adæquate actuant potentiam subiecti in tali genere, seu ratione, vt magis ex dicendis patet. Hæc enim opinio, quæ haec tenus tractata est, nō fundatur in individuatione accidentium, & ita non referebat ad præsentem questionem, tamen necessario præmittenda fuit, tum ad complementum doctrinae, tum etiam, quia lucem assert ad ea, quæ dicemus.

Secunda Opinio.

IV. Secunda ergo opinio etiam extrema est, nulla omnino accidentia eiusdem speciei posse simul esse in eodem subiecto. Quæ existimatur esse Aristot. 5. Metaphys. cap. 10. tex. 15. dicentis, illa accidentia differre specie, quæ cum in eadem substantia sint, differentiam habent. Vbi D. Thom. lecit. 12. generali rationem reddit illius assertionis, quia impossibile est, plura accidentia eiusdem speciei in eodem subiecto esse. Idem docet 3. parte quæst. 35. art. 5. vbi etiam plures relations solo numero diuersas non admittit in eodem patre respectu plurium filiorum, neque in eodem filio respectu patris & matris. Et ita generaliter defendunt hanc opinionem Capreol. in 1. distin. 7. quæst. 2. Caietan. 3. part. quæst. 35. art. 5. Heruzus quodlib. 3. q. 9. & in 3. dist. 8. q. 1. & ibi Palud. q. 2. Soncin. 7. Metaph. q. 4. vbi plures rationes adducit. Sed præcipua sumitur ex individuatione Franc. Suar. Metaph. Tom. I.

tione, nam distinctio in formis solum est, aut formalis, quæ est specifica, aut materialis ex subiecto, quæ est numerica ex Arist. 3. Metaph. c. 3. lib. 5. cap. 6. ergo vbi neutra illarum intercedit, non potest esse distinctio: ergo, vbi est vnitas specifica accidentis in eodem subiecto, non potest esse pluralitas numerica. Confirmatur, quia alias, quæ ratioe possent duo accidentia solo numero diuersa in eodem subiecto simul inesse, possent etiam in infinitum multiplicari: quia non est maior ratio de yna multitudine, quæ de alia: vnde inferetur, esse in eodem subiecto infinitas relationes, & alia familia incommoda.

V.

Sed difficile etiam est, sententiam hanc in tota hac generalitate absque villa exceptione sustinere propter varia exempla, in quibus plane videtur deficerre, quæ statim afteremus. Et ideo, quāuis nullus authorum sententiam extreme contrariam simpliciter doceat, scilicet, quæcumque accidentia solo numero differant, cuiuscunque speciei sint, possent simul esse in eodem subiecto, id enim non solum Aristotel., & omnibus Philosophis, sed etiam ipsi experientiæ aperte repugnat, vt supra ratiū est, & ex dicendis latius constabit: plures tamen exceptiones & limitationes adhibent prædictæ sententiae: quia vero difficile est medium viam eligere, & rationem eius reddere, ideo in hac exceptione facienda inter se non conuenient.

Tertia opinio.

Tertia ergo opinio est Thomistarum, distinguendum de accidentibus in actu completo: vel incompleto: nam priori modo negant posse simul esse in uno subiecto accidentia solo numero differentia propter rationes factas & autoritatem Aristot. & D. Thom. quos sic exponunt. Posteriori autem modo id admittunt. Ita Caietan. i. par. quæst. 95. art. 4. Clarius Capr. in 2. distin. 3. quæst. 2. ad argumenta cont. 9. concl. Iauell. 5. Metaphys. q. 16. Qui videntur hoc sumpsiisse ex D. Thom. quæst. 8. de verit. art. 14. & præcipue videntur ducti argumento specierum intentionalium: quia negare non possunt, quin plures solo numero differentes possint esse in eodem subiecto, scilicet, in eodem intellectu, vel in eademphantasia: vel in eodem medio secundum eandem partem.

VI.

Sed in primis hæc distinctio non est sufficiens, nam ostendemus inferius, non solum hæc accidentia intentionalia, sed etiam plura alia secundum totum suum esse completum, posse simul esse in eodem subiecto. Deinde de his accidentibus intentionalibus redit argumentum supra factum, quæ scilicet ratione dicantur esse incompletæ in subiecto, an quæ non efficiunt, vel quia nō plene informant: hoc posterior est falsum, quia secundum totum suum esse insunt, ergo informant; primum autem videtur impertinens, quia completum esse accidentis non consistit in efficiendo, sed in formando. Accedit tandem, quod, si hæc accidentia non possunt esse in eodem subiecto propter individuationem, ergo idem erit, siue sint in actuali operatione, siue non: quia priusquam operentur, habent suam individuationem ex subiecto: ergo, vel illa ratio congrua non est, vel æquæ probat, hæc accidentia non posse distinguere numero in eodem subiecto, etiam dum non operatur.

VII.

Quarta opinio.

Quarta opinio est, accidentia propria, seu quæ in trinsecè manant à subiecto, non posse plura solo numero differentia esse in eodem: ea vero, quæ sunt accidentia communia, posse simul esse. Ita Landun. 5. Metaphys. quæst. 36. Ratio prioris partis est, quia natura abhorret superfluitatem: vnde, cum ac-

VIII.

cidens proprium sit intrinsecum naturae, & vnum sufficiat ad naturae functionem, & finem, non multiplicatur. Et hinc sumitur ratio alterius partis: nam cum accidentia comune ab extrinseco, & per accidens sepe proueniat, non repugnat multiplicari in eodem subiecto, & ita contingit plures calefactiones fieri simul in eodem ligno à diversis ignibus.

IX. Sed haec sententia, licet quoad priorem partem vera sit, tamen quoad posterioriem non est inveniuntur vera, quia nec plures albedines, nec plures calores possunt simul esse in eodem subiecto, cum tamen haec sint accidentia communia. Neque id, quod dicitur de pluribus calefactionibus: verum est, nam quando duo ignes idem lignum secundum eandem partem calefaciunt, sicut efficiunt vnum calorem, ita & vnam calefactionem, que à singulis est particulare, & ab utroque simul vt à causa totali. Præterea, si regula illa esset generaliter vera, sequeretur, duas scientias eiusdem speciei, & in ordine ad ideam obiectum, & similiter duas temperantias solo numero diversas posse simul esse in eodem, quod non est probabile. Denique obstat ratio generalis, quia etiam in extraneis, & accidentalibus mutationibus agens extrinsecum intendit assimilare sibi passum: vnde, si inuenit simile, nō iterum agit in illud: alias, postquam illud semel sibi assimilaret, iterum atque iterum ageret in illud, & sic in infinitum procederet actio saltem quoad multiplicationem formarum accidentiarum. Et eadem ratione, res omnino similes in eodem accidente ad inicium mutuo que se se immutarent, & similia accidentia in seipso multiplicarentur. Imo eadem, vel maiori ratione, idem ageret in seipsum per vnum accidentem aliud simile, in se producendo, vel, si iam haberet duo, efficeret tertium, & sic in infinitum, quæ omnia sunt plane falsa & absurdia. Vnde colligitur, etiam in his mutationibus accidentalibus, principium earum ex parte subiecti esse priuationem similes formas: & ideo huiusmodi mutationem non tendere ad multiplicandum accidentem eiusdem speciei in eodem subiecto.

Quinta opinio.

X. QVINTA opinio distinguit de accidentibus, quæ sunt per proprium motum, vel quæ sine motu sunt, & de prioribus negat posse simul esse in eodem subiecto propter rationem adductam, quod motus sit ex contrario in contrarium: de posterioribus autem affirmat posse simul esse in eodem subiecto accidentia solo numero diversa. Hanc opinionem refert Fonseca libro quinto, cap. 10. quæst. 1. section. 1. Soleque tribui Soto, Gabr. Durand. & alii in 3.d. 8. tamen Durand. ibi quæstione 3. nihil de hoc dicit sed potius in solutione ad primum, accidentibus absolutis solum admittit ea, quæ sunt eiusdem speciei, posse esse in eodem supposito secundum aliam, arque aliam partem: in relativis vero secundum aliquid & aliud fundamentum. Gabr. autem ibi articulo 3. dub. i. nullam distinctionem adhibet, sed simpliciter negat repugnare duo accidentia solo numero differentia esse in eodem subiecto. Et fere eodem modo loquitur ibi Scotus quæstione vna. Indicat tamen per operationem agentis naturalis non fieri multiplicationem qualitatum eiusdem rationis in eodem subiecto: quia naturale agens intendit formam præexistentem imperfectam perficiere: & ideo non inducit omnino aliam formam, sed aliquem gradum seu qualitatem, quam vnit præexistente, ut illam perficiat. In quo significat distinctionem illam de accidentibus, quæ sunt per motum, vel sine illo. Quam etiam insinuat Anton. Andr. 5. metaph. q. 8. Dicit enim relativia accidentia solo numero differentiationem posse esse in eodem: de absolutis vero subdistinguit, nam quedam educuntur de potentia subiecti, & haec non multiplicantur numero in eodem

subiecto: alia vero non educuntur; & haec possunt multiplicari. Et huiusmodi putat esse lumen, de quo perspectivi contendunt à duobus luminosis duo lumen produci in eadē parte subiecti: quia duas umbras efficiunt, & quia ablato uno luminoso aliquod lumen in aere corruptitur, & aliquod manet.

Sed haec, partim falsa sunt, partim non satisfaciunt. Et, vt ab hoc ultimo incipiamus, falsum est, alia quæ esse accidentia in subiecto, quæ eo modo, quo *Omnia ad diem subiecti*, non educuntur, quia omnia pendent à subiecto in fieri, & in esse, & specialiter de lumine constat educi ex potentia subiecti, non enim creatur, nec solum in subiecto fit, sed ex subiecto, concorrente scilicet aere, verbi gratia, in genere causa materialis ad effectuonem eius. Falsum est etiam, lumina multiplicari numero in eodem subiecto: neque est illa experientia, qua id probari possit: nam solum docet experientia, ceteris partibus, plus agere duo luminosa in eadem parte, quæ alterum tantum, sed id non est propter multiplicationem luminum, sed propter maiorem intentionem eiusdem luminis, ex quo fit, vt ablato uno a gente, vel in ea parte, ad quam peruenit vnius actione, & non alterius, minor appareat effectus, non quia vnum lumen corruptatur, & maneat aliud, sed quia idem remissius fiat, & conseruetur. Et hinc est etiam vt interdum resultant duæ umbras, quia umbra nihil aliud est, quam parentia vel diminutio luminis, & sepe fit, vt interiecto uno corpore duobus luminosis inter se distinguitur, in uno loco impedit actionem vnius, & in alio distante actionem alterius, in loco autem intermedio neutrini actio impeditur: & inde fit, vt plures umbras appareant. Et hinc confutatur facile prima distinctione de accidentibus, quæ sunt per modum, vel sine illo: nam, si motus sumatur in rigore pro motu successivo, qui fit ex contrario, exemplo luminis constat, est falsum posteriore partem: nam lumen non fit per modum, sed per mutationem sustentandam, nec fit ex termino positivo contrario, sed ex privato, & tamen multiplicari non potest in eodem subiecto. Item illa distinctione videtur valde per accidens: quid enim referit ad hanc numericam distinctionem, vel identitatem accidentium, quod sunt per motum vel per mutationem? Quia distinctione accidentium non inde sumitur, sed, vt ex seipso, vel ex subiecto. Quod si subiectum est tantum in potentia ad vnum calorem qui successivus fit, cur non dicetur etiam esse tantum in potentia ad vnum lumen, licet simul fiat: vel ex contrario, si est potentia ad plura lumina, cur non erit in potentia ad plures calores? Quod si dicatur, in his, quæ successivae sunt, agens non intendere inducere nouum accidentem, sed perficere præexistens, idem dicetur de lumine, & quacunque alia simili qualitate, quæ sunt sit in instanti ex priuatione opposita ita etiam potest intendi in instanti ex priuatione taliter intentionis. Vnde hic etiam locum habet ratio supra tacta ex Scoto, quia non solum motus successivus, sed omnis actio naturalis agentis est, vt passum reddat sibi simile, & ideo non agit in simile, sed requirit in passo priuationem, vt principium suæ actionis: quando ergo lumen est in aere vt quatuor, & applicatur nouum luminosum, nō agit in aere, quantum sibi simile est in quatuor gradibus, sed potius quatenus est dissimile in ulterioribus gradibus: est ergo eadem ratio accidentium, quæ per mutationem, vel per motum sunt.

Quod si motus in ea distinctione non in eo rigore sumatur, sed vt comprehendit mutationem, ita vt sensus sit, ea accidentia, quæ per se sunt per propriam actionem, non multiplicari in subiecto secundum numerum, alia vero multiplicari: Sic etiam impugnari potest distinctione: primo quia datur per ea, quæ sunt valde extrinseca, & per accidens ad distinctionem.

ctionem numericam accidentium. Secundò, quia neutra pars videtur esse constans, nam species sensibiles sunt per propriam actionem, & tamen multiplicantur numero in eadem parte medijs: sonus etiam videtur per se fieri propria actione, & tamen multiplicantur numero in eodem subiecto, vt experientia probare videtur: auditum enim concentum plurimum vocum in eodem tempore, & per idem medium, quod fieri non posset, nisi soni essent diuersi. E contrario vero figura non sit per se primo per motum, & tamen non potest multiplicari numero in eodem subiecto; & idem est in omnibus similibus absolutis, quia non possunt multiplicari per mutationem alicuius extrinseci, vt relativa, & ideo, sicut per se non sunt, ita nec per se multiplicari possunt in eodem subiecto: neque etiam concomitante, quandoquidem forma illa, quæ per se sit, & ad quam consequuntur, non multiplicatur numero in eodem subiecto.

XIII. Præterea distinctio de absolutis, & relativis, non satisfacit omni ex parte: nam, si relativa sumuntur in rigore pro relativis secundum esse, & prædicamentibus, verum quidem est, possit hæc aliquando multiplicari numero in eodem subiecto, vt agentes de relationibus dicemus: sed non est hoc in uniuersum verum; relativa enim creaturæ non potest in eodem subiecto multiplicari. Sed minus uniuersalis est alia pars de absolutis, vt patet exemplis ad ductis de speciebus, & de sonis, & similibus. Alia distinctione vtritur Fonseca loco supra citato, sectione tertia, quæ magna ex parte cum prædictis coincidit. Et summatis dicit, ex accidentibus naturaliter acquisitis per motum aut mutationem motui coniunctam, non posse dari plura eiusdem speciei in eodem subiecto, & de his explicat in quarta dictum Aristot. quod in hoc sensu vniuersæ & fine exceptione verum esse intelligit. Addit vero subinde, ex accidentibus, quæ non intenduntur, & remittuntur sive per motum, mutationem ve motui coniunctam, sive alio modo acquirantur, necessarium esse dari pleraque eiusdem speciei in eodem subiecto. Vnde videatur priorem sententiam limitare ad ea accidentia, quæ intenduntur & remittuntur, & ita prior sententia non est omnino generalis, vt in quarta conclusione significat. Sed neque cum illa limitatione videtur in uniuersum vera hæc sententia, quia species intentionales intendi possunt & remitti, & nihilominus in eodem subiecto multiplicantur: probabile est etiam sonum remitti & intendi, quem tamen ipse dicit in eodem subiecto multiplicari. Quod etiam ibidem addit in ordine ad potentiam Dei absolutam non posse in eodem subiecto esse plura accidentia numero distincta, quod talia sunt, vt natura sua in unum numero intensius coalescant, difficile creditu est, vt statim latius declarabo.

Resolutio questionis quoad modum, quo plura accidentia similia possunt simul esse in eodem subiecto.

XIV. In tanta ergo sententiarum varietate difficile est certam aliquam regulam in hac re præscribere, eiisque veram rationem assignare. Duo tamen mihi in hac materia certa videntur. Vnum est, vniuersalem hanc negatiuam propositionem, hon posse plura accidentia eiusdem speciei esse in eodem subiecto; non posse absolute & simpliciter, seu sine aliqua limitatione verificari. Quod maxime mihi probant exempla de speciebus intentionalibus & de relationibus, supponendo, eas esse aliquid reale distinctum ex natura rei ab absolutis. Exemplum autem defenso adductum non est adeo conuincens, tum quia non est certum, sonum fieri per se primo per illum motum, seu actionem: tum maxime quia non

Franc. Suar. Metaph. Tom. I.

satis constat plures sonos, qui audiuntur, in eadem parte subiecti esse; nam semper sunt in principio in locis distinctis, & ibi proprie percipiuntur: quando autem perueniunt ad auditum, vel ad partem medijs auditui propinquam, fortasse iam non perueniunt secundum esse reale, sed secundum intentionale tantum. Alia exempla adduci solent de continuitatibus & durationibus duorum motuum, qui simul in eodem fieri possunt, vt v. g. idem lignum potest simul calefieri & excircari, qui due motus, licet specie diuersi sint, tamen continuitates & durationes eorum solum numero differre videntur. Sed hæc exempla non admodum cogunt, tum quia valde probabile est, nec durationem esse accidentis aut modum ex natura rei distinctum ab existētia rei durantis: nō continuitatem intrinsecam seu entitatiuam à re ipsa continua, tum etiam, quia, etiam si admittamus huiusmodi accidentia, illa non insint immediate mobili, sed mediante motu, quem afficiunt: & ideo nō sunt proprie in eodem subiecto secundum idem. Tamen priora exempla sufficiunt, quibus addi potest, quod eadem potentia potest habere simul plures actus numero distinctos, quācum fortasse non omnino similes, vel summe perfectos, vt si voluntas vel appetitus simul ament duos homines actibus diuersis, vel, si beatus (vt multi volunt) simul amet Deum necessario, & libere ex charitate.

XV. Secundo est certum, non in quacunque specie accidentium posse naturaliter contingere, vt plura, quæ solo numero differunt, simul sint in eodem subiecto. Hoc constat de omnibus proprietatibus, quæ ab intrinseco conueniunt, vt sunt quantitas, quæ ab intrinseco conuenit ratione materia: potentia seu facultates connaturales, quæ in unaquaque remanent à forma, & in eadem parte subiecti nunquam multiplicantur intra eandem speciem, vt inductione satis constat. Item reales, & absolutæ qualitates: vel primæ, quibus materia disponitur, vel secundæ quæ ex his resultant, vt experientia etiam probari potest: nam instantia, quæ adduci solet de gradibus intensioris, non est ad rem: nam illi non proprio numero differunt, de quo alias. Idem denique est probabilius de lumine & similibus. Quæ autem generalis regula tradenda fit, aut quæ ratio differentiarum assignanda, nihil inuenio, quod mihi ex omni parte satisfaciat. Possumus autem hoc modo id explicare. Quædam accidentia ita differunt solo numero, vt præter distinctionem entitatum in reliquis omnibus habeant quandam similitudinem, & cōuenientiam, scilicet in munere vel officijs, ad quod destinantur, & in quacunque habitudine quam dicunt, vt sunt duo calores, duæ albedines, & similia. Alia vero sunt, quæ, licet in specifica ratione conueniant, & sub ea tantum numero differant, tamen non habent inter se tantam similitudinem, sed differunt vel in mure, vel in habitudine, vt v. g. duæ species visibles Petri differunt numero priori modo. Duæ autem species visibles Petri & Pauli differunt numero hoc posteriori modo, non enim sunt tam similes inter se sicut illæ duæ, nam diuersas habent habitudines transcendentes ad obiecta, & ad diuersa munera ordinantur.

Dico ergo tertio, accidentia prioris generis non posse multiplicari numero in eodem subiecto: quæ vero sunt posterioris generis: posse multiplicari. Et utrumque potest probari inductione & exemplis adductis. Ideo enim accidentia omnino absoluta nunquam in eodem subiecto multiplicantur numero, quia sunt similia priori modo: accidentia vero respectiva, sive prædicamentali, sive transcendentali respectu, multiplicari possunt: quia cum specifica vinitate habere possunt aliquā dissimilitudinem, veluti materialem, cuius occasione multiplicari possunt, vnde fit, vt respectu eiusdem nunquam possint multiplicari: & ideo non potest multiplicari relatio crea-

De quibus
accidentib.
indicandum
posse coexi-
stere in uno
subiecto, de
quibus non.

turz, quia terminus illius tantum potest esse unus, & respectu eiusdem termini non possunt relationes multiplicari. Ideo etiam, quamvis deinceps, relationes ad patrem, & matrem esse plures, & solo numero diuersas, tamen relatio ad patrem non potest in eodem filio multiplicari. Ratio autem differentiae inter utraque accidentia potest satis probabiliter ex dictis assignari. Primum ex causa finali, quia quando accidentia sunt omnino similia, superflua & otiosa, esset eorum multiplicatio in eodem subiecto, quod natura abhorret: quando vero sunt aliquo modo diuersa: vel ordinantur ad diuersos fines, ut patet in speciesbus intentionibus, vel resultant ex rebus ordinatis ad diuersos fines, & diuersas habitudines inde participant, ut contingit in relationibus; & ideo non est superflua, neque prater finem consentaneum natura numerica multiplicatio.

XVII.

Secundo ex parte agentis: quia, quando accidentia sunt omnino similia, nullum agens per se intendit, aut pluralitate eorum, aut aliud inducere in subiectum iam habens aliud omnino simile, quia solum intendit agens reddere passum sibi simile, quod per unam tantum huiusmodi formam satis coequitur. At vero, quando accidentia non sunt praedicto modo similia, cessat haec ratio, & subiectum indiget maiori assimilatione, & ideo agens etiam illam procurat. Ut v.g. quamvis medium recepta species petri, sit illi simili intentionaliter, non est sufficenter simile Paulo, & ideo manet in Paulo virtus ad inducendum speciem, qua illud reddit sibi simile, & sic de aliis.

XVIII.

Vnde tertio redditur ratio ex capacitatem subiecti: sicut enim materia prima, quamvis sit indifferens ad omnes formas substantiales, non tamen habet capacitatem ad habendas omnes simul neque plures: quia una forma sufficienter actuatur, ita etiam subiectum accidentium, quamvis per se primo sit capax aliius speciei accidentis, & consequenter si indifferens ad quodlibet individuum eius, nihil minus non est capax, ut simul recipiat omnia, vel plura individua talis speciei, quatenus in eis specifica ratio eodem modo reperitur, quia sufficienter actuatur huiusmodi capacitas una forma talis speciei: & hoc contingit, quodammodo individua formae sunt omnino similes, & eiudem rationis & habitudinis: quando vero accidentia dissimilia sunt, & varia habent habitudines, tunc unum non sufficit ad replendam capacitatem subiecti, & ideo fieri potest, ut in eodem subiecto multiplicentur, donec capacitatem eius omnino repleant. Ut potentia intellectiva quatenus est capax scientiarum Dei vel hominis, sufficienter disponitur in actu primo una numero scientiarum Metaphysicarum, vel Philosophiarum, & ideo iam non manet capax alterius scientiarum similis, tamen eadem facultas intellectiva, ut est capax actualis cognitionis hominum, non plene actuatur uno actu quo Petrus, vel Paulus cognoscit, neque una specie intelligibili, & ideo est capax plurium, donec eius facultas sufficienter compleatur: quia illa plura non actuant illam omnino eodem modo, sed in ordine ad diuersa. Quo tandem fit, ut ex distinctionibus supra allatis, illa quae distinguit inter absolutum & respectuum, proxime ad veritatem accedit: absoluta enim non multiplicantur, quia semper sunt omnino similia, respectu vero, vel secundum esse, vel secundum dici, seu relatione praedicamentali, vel transcendentali habitudine multiplicari possunt, quando diuersos terminos respiciunt, vel ad diuersa munera ordinantur propter dissimilitudinem, quam in se habent, quia nullum eorum plene actuat subiectum, ut declaratum est. Et iuxta haec explicandus est locus Aristotelis in 5. Metaphysic. Non est enim necesse, ut ille indicium diueritatis specifica sit vniuersale omnino de omnibus accidentibus, sed de his quae in individuo sunt perfecte similia.

Formalis responsio ad questionem, quatenus ad individuationem spectat.

Xhis colligitur formalis responsio ad presentem questionem, propter quam hec omnia dicta sunt, scilicet, non prouenire per se ex individuatione, quod aliqua accidentia solo numero diuersa, non possint esse simul in eodem subiecto. Nam, licet in eo simul essent, possent optimè intelligi distincta numero, ratione suarum entitatum, sicut distinguuntur ea, quae simul esse possunt, ut dictum est vel sicut distinguuntur ea, quae successivè insunt eisdem subiecto, ut statim dicitur. Sed quod aliqua inesse non possint, prouenit ex incapacitate naturali subiecti, & adæquatione, quae inter potentiam receptionis eius, & talem actum reperitur, & consequenter ex defectu naturalis agentis, quod eam posuit multiplicacionem efficere.

Vnde vterius infero, de potentia absoluta non repugnare plura accidentia solo numero differentia, etiam si omnino similia, simul ponit in eodem subiecto: quia ex individuatione & distinctione eorum non repugnat, & Deus potest operari in subiectum ultra naturalem capacitem eius, & si Deus id vellet facere ad ostensionem potentia sua, non est omnino superfluum. Hoc autem limitant aliqui ad ea accidentia, quae non intenduntur, nec remittuntur, nam de his, quae intensionem recipiunt, impossibile putant etiam de potentia absoluta ponit plura solo numero differentia in eodem subiecto, quin unam intensam qualitatem componant, si vtrumque eorum subiecto inhæreat, quia hoc ipso necessariò interseruntur in unum intensius: quia nullum aliud unione requiriunt duo gradus caloris, ut unum intensum calorem componant, nisi quod in eodem subiecto sint. Vnde, si alterum eorum subiecto inhæreat, alterum vero non inhæreat, sed alio modo sustinetur ab eodem subiecto fine inhæsione, tunc non repugnabit, esse simul, vel potius sustentari simul ab eodem subiecto, quia tunc non habent inter se unione necessariam ad unam intensionem qualitatem componendam: & in hac sententia citatur Aegid. in d. 17. 2. p. d. 1. 2. art. 1. ibi vero nihil dicit.

Hæc tamen sententia falsa principia circa intensionem qualitatum supponere videtur. Primum intensionem fieri per additionem seu congregationem plurium graduum eiusdem qualitatis omnino simillium inter se. Secundum illos gradus nullam unionem inter se habere, neque in aliquo communia aequali termino positivo, neque alio genere unionis per modum actus & potentie, sed solum unum in subiecto, & in eadē parte subiecti, si partes habeant. Tertium, illos gradus non respicere subiectum aliquo ordine, sed omnes æquè immediate, ita ut non interficiat eos ordo primi, secundi, & tertii gradus, nisi fortasse ordine generationis, & productionis: Si tamen simul sint omnes esse æquè primos. Ex qua doctrina optimè sequitur, non posse Deum multiplicare gradus caloris in eodem subiecto inhærentes, quin faciant unum intensionem: quia talis intensione nihil aliud est, quam congregatio plurium graduum simillium in eodem subiecto; sine his autem principiis non video, quo fundamento nisi possit illa limitatio, ut statim ostendam, immo illa sententia sic explicata non propriè limitat, possit Deum quasvisque qualitates intensibiles solo numero diuersas ponere in eodem subiecto, sed addit, hoc ipso, quod illas ponat, necessario effecturas unam intensionem.

Illa tamen doctrina de intensione, aliqua repugnantia innotuit, quæ cum sint ab hoc loco aliena, non possunt ex professo declarari: indicantur tamen breuiter. Nam, vel gradus illi, quibus qualitas intensa componi dicitur, v.g. octo gradus coloris, sunt in se inindivisibles, vel habent singularem latitudinem inten-

intensionis, & remissionis: primum dici non potest, primo quia alias intensio non posset esse motus continuus, nam quilibet illorum graduum totus simul necessario acquiri deberet; alioquin non esset individuabilis; ergo tota intensio deberet fieri per mutationes momentaneas, & individuabiles: ergo non successione continua, quod est & contra sensum, & experientiam, & contra rationem, quia quadam agens naturale vincit passum, non est cur interrupcat actionem, alioquin non esset in potestate eius postea illam iterare, nec posset reddi philosophica ratio, cur nunc potius, quam antea, vel postea illam efficiat. Secundo, quia alias gradus caloris nullo modo facerent unum calorem per se, sed mere per accidens vniuersitatem in eodem subiecto, sicut albedo & dulcedo: hoc autem non est satis, ut efficiant unum individuum caloris magis, quam si Deus poneret duos intellectus in eadem anima. Imo si ad intensiōnē id sufficeret, nulla posset reddi ratio, cur si Deus poneret duos intellectus in eadem anima, illi non efficerent unum intensiōrem: nam, si dicas intellectus non esse qualitates quae apte sint coalescere in unam intensiōrem: contra hoc est, quia iuxta illam opinionem, ut qualitates possint coalescere in unam intensiōnē nihil aliud requiritur, nisi, quod, cum sint omnino eiusdem rationis, possint vniuersi in eodem subiecto: hoc autem habebunt intellectus saltem in ordine ad diuinam potentiam. Tertiō sequuntur ex illa sententia multa absurdia, scilicet, quod qualitas remissa possit aliam aequalē, vel etiam intensiōrem intendere, efficiendo tot gradus, quot in se habet: vel, si obstat similitudo, sequitur intensiōrem qualitatēm non posse intendere remissiōrem, quia sunt omnino similes in forma. Sequitur etiam, nullam posse reddi naturalem rationem, ob quam cum forma remittatur, unus gradus potius abiiciatur, quam aliis, & alia similia, quæ longum esset persequi: Necessario ergo dicendum est, in illis gradibus intensionis caloris, verbi gratia, quos nos mente partimur, esse latitudinem, secundum quam potest in eis esse continua intensio, vel remissio, quam latitudinem necesse est esse in infinitum diuīfibilem, alias non posset ratione illorum fieri alteratio continua, quia motus continuus necessario esse debet in infinitum diuīfibilem: vnde consequenter etiam necessarium est, ut hī gradus inter se copulentur aliquo termino communis, quia non potest aliter inter eos concipi continuitas, nec vera realis unio, sine qua intelligi non potest illa latitudo: quia si duo gradus non sunt inter se vniūti hī modo: ergo neque in uno gradu duas partes, vel medietates eius (ut sic dicam) erunt inter se vniūti, quia ita componitur tota qualitas ex pluribus gradibus, sicut componitur unusquisque gradus ex duabus vel tribus partibus aequalib: non possunt autem hī intelligi sine dicta vniōne, magis quam possit intelligi continuum in omnem suam partem diuisum.

XXIII. Ex his autem contrariis principiis de intensione plane sequitur, posse Deum ponere in eodem subiecto plures qualitates intensibiles solo numero differentes, quæ non efficiant unam intensiōrem ut, verbi gratia, duos calores ut ost: quia potest illos ponere subiecto inhārentes, & inter se non habentes aliquam vniōnem per se, sed solum per accidentem ratione subiecti, quia non satis est ad intensiōnem. Neque in hoc afferri potest noua implicatio contradictionis; & ita sentiunt frequentius doctores in primo Sententiārum distinctione 17. vbi Gregorius quæstiōne 5. Ocham quæstiōne 7. Egidius quolibet 4. quæstiōne 1. vbi adducit non commendam conjecturam, quia Deus potest duas quantitates solo numero differentes in eodem situ intime collocare, conservata earum distinctiōne, & absque vlla reali vniōne inter eas, ratione cuius efficiant unam maiorem quantitatēm: cur ergo nō potest?

Franc. Suar. Metaph. Tom. I.

terit duas albedines in eodem subiecto ponere, servata earum distinctiōne, & absque vniōne, ratione cuius vnam intensiōrem componant.

S E C T I O I X

An repugnet individuationi accidentium, ut plura solo numero differentia successiū sint in eodem subiecto.



Icuntur plura accidentia esse in eodem subiecto successiū, quando subiectum prius habuit unum accidentem, & deinde amisit illud, & postea acquirit accidentem eiusdem speciei, & tunc quaritur, an posterius accidentes necessario sit, vel possit esse numero distinctum a priori. Quidam enim mordicus ita defendunt individuationem accidentis a subiecto, ut impossibile existimat, etiam hoc modo esse plura accidentia solo numero differentia in eodem subiecto. Vnde inferatur, semper reproduci in eodem subiecto idem numero accidentis, quod ante perierat, scilicet eundem calorem, idem lumen, & consequenter idem ubi, eundem motum localem, praesertim si sit per idem spatiū: eadem enim est omnium horum ratio. Et hanc opinionem ex parte defendit Scotus, saltem quando idem est agens, idemque subiectum: qui non fundatur in individuatione, sed in hoc, quod idem agens circa idem subiectum semper est natum facere idem, nec potest sufficiens ratio assignari, cur faciat numero distinctum. Quin etiam Aristoteles 8. Metaphys. tex. 11. significat, ut agens & materia sunt unum numero, etiam effectum esse unum numero: Et in hunc modum explicatur, nam si ego apertis oculis continuo intueor hunc parietem per horam, eundem numero actum efficio & conferuo: ergo si paululum claudam oculos, & iterum aperiam, eundem numero actum iterum efficiam, nam illa interruptio nihil impedit, quo minus illa potentia in tota illa hora, & in qualibet eius parte per se sumpta efficiere possit; & recipere eundem numero actum. Quod si obicias, sequi etiam formam substantialē reproduci eandem numero in eadem parte materie, quandocumq; inducitur similis in specie, & consequenter naturaliter reproduci idem individuum, quod antea fuerat, quod est dicere, Resurrectionem posse naturaliter fieri. Non defundit qui id concedant, ut videatur est in Paulo Veneto, lib. 2. de generat. in fine. Alij vero negat esse eandem rationem, quia forma substantialis requirit materiam dispositam, & nunquam concurrat cum eisdem dispositionibus.

I.

Alia vero sententia est extreme contraria, scilicet non solum posse plura accidentia, solo numero differentia esse successiū in eodem subiecto, sed necessariō ita esse, quod eiusmodi accidentis simile in specie in eodem subiecto reproduciatur, quod etiam in ordine ad potentiam Dei absolutam necessarium esse, tenuit Durand. Marfil. & alijs, quorum & Scotti opinionem latè tractauit in 2. tomo 3. part. disp. 44. sect. 6. Fundamentum Durandi est, quia quotidie illa producōt fit, iteratur actio distincta ab ea, quia antea fuit, nam actio reproduci non potest, sicut nec entia successiū: ergo etiam terminum actionis oportet esse distinctum. Vnde confirmatur, quia si talia accidentia permanentia, quæ successiū sunt in eodem subiecto, non essent distincta: etiam accidentia successiū possent non esse distincta, & ita posset idem tempus numero reproducī, quod omnes reputant impossibile.

II.

Questionis resolutio.

Ed media via tenenda est, & dicendum, posse fieri, ut successiū sint in eodem subiecto plura accidentia, & absque vlla reali vniōne inter eas, ratione cuius efficiant unam maiorem quantitatēm: cur ergo nō posse.

III.

L 3 ciden-

cidentia solo numero diversa. Quod quidem, si intelligatur de potentia Dei, per se notum est, quia nullam inuoluit repugnantiam, & sequitur a fortiori ex dictis, etiam simili posse esse, malo ergo magis successu. Et hoc satis est ad ostendendum accidentia eiusdem speciei non habere intrinsecam distinctionem numericam, & entitatiuam per subiectum, seu per habitudinem ad hoc numero subiectum; aliqui nullo modo possunt distinguiri, etiam si diversis temporibus fiat productio, seu reproductio: quia, ut statim declarabo, sola diversitas temporis non est per se sufficiens ad hanc distinctionem, si aliqui in ipsis formis productis non sit sufficiens fundatum distinctionis, & differentiae individualis. Si autem intelligatur assertio de potentia, & ordine naturalium agentium, sic etiam est vera, ut a fortiori patet ex dendis.

IV. Secundo dico non solum esse possibile, verum etiam ita fieri secundum naturam ordinem ut accidentia solo numero distincta hanc successione in eodem subiecto. Hac est communior sententia Philosophorum & physicorum, cap. 4. & 2. de Generat. cap. vlt. & Theolog. in 4. distinct. 43. & 44. De qua nonnulla dixi 2. tomo 3. part. disput. 4. sectione 7. vbi ostendi secundum naturam ordinem non reproducere in eodem subiecto idem numero accidentis, quod corruptum fuerat: nam ex hoc principio inferre debere esse distinctionem, quod hic intendimus. Non est autem facile primam causam & radicem huius necessitatis naturalis assignare. Durandus enim supra eam reddit ex diversitate actionis seu mutationis: in quo idem sentit Henr. quodlib. 7. quest. 16. quamvis differat a Durando, quod non ponit hanc necessitatem in ordine ad potentiam Dei, sicut Durandus. Qui in hoc grauerit errauit, ut praedicto loco ostendi, quia Deus in agenda non penderet a tempore, neque ab alijs circumstantijs, a quibus agentia naturalia pendere possunt, quia agunt per motum & transmutationem. Propter quod dixit Arist. 5. phys. cap. 4. ad unitatem motus requiri temporis unitatem, quam rationem amplectitur Toletus libro secundo, de generat. questione 13.

V. Sed est difficultas ratio, & satisfacere non videtur. Primo, quia potius unitas numerica mutationis pertenda est ex unitate numerica termini seu formae productae, quam ex conuerso, ut Aristoteles, physicus eodem loco docuit: ergo, dum dicuntur accidentia producta esse numero diversa, quia actiones sunt diversae, virtutis circulus committitur. Secundo, quia etiam si demus actiones esse diversas, non sequitur, formas fore diversas, quia ad unitatem actionis plura requiruntur, quam unitas forma producta ex eodem Aristotele citato loco, & alioqui forma non habet unitatem, & distinctionem ex actione sed aliunde. Vnde contingit, idem numero lumen ab una lucerna productum ab alijs conservari, quod necesse est fieri per diuersam actionem. Tertio, quia de ipsius actionibus supererit questione, cur necesse sit, secundum naturam ordinem esse numero distinctas, nam, quod dicitur de diversitate temporis, non satisfacit: nam, vel est sermo de tempore extrinseco, quod in motu celi consideratur; & hoc nihil videatur referre ad intrinsecam individuationem, vel distinctionem numericam actionum; quia ab hoc tempore solum sumitur quaedam extrinseca denominatione eorum, quae in tali tempore esse dicuntur: unitas autem vel distinctione numerica non constituit in extrinseca denominatione. Item quia eadem numero actio, etiam indiscernibilis potest permanenter durare, & coexistere priori & posteriori tempori extrinseco, ut patet ex actione illuminandi, videndi, & similibus. Vel est sermo de tempore seu duratione intrinseca ipsius actionis, & mutationi qua producuntur; & sic, cum talis duratio in re nihil aliud sit, quam existentia ipsius actionis, dicere, has actiones esse di-

stinctas, quia diuerso tempore sunt, perinde est, ac si diceretur esse distinctas, quia habent diuersas durationes, & existentias, quod est idem, vel a que obscurum: hoc enim est quod inquirimus, cum necesse sit, illas durationes, existentias, aut entitates illarum actionum esse distinctas, & non potius eandem iterum, atque iterum repetitam. Sicut quando Deus reproducit eandem numero formam, certum est, posse illam reproducere eadem numero actionem, qua prius illam producerat: hoc enim nullam inuoluit repugnantiam; ut praedicto loco latius dictum est: ergo, ut sit actio distincta, vel ut habeat intrinsecam distinctionem distinctam, non satis est, quod bis sit, sed cum priori & posteriori tempore extrinseco: ergo ut ostendatur respectu agentis naturalis has actiones necessario fore distinctas, aliunde est ratio petenda.

Neque ratio illorum authorum concinxit, scilicet quia si eadem numero actio possit reproduci, etiam successiva reproduci possent: quod videtur plane repugnans. Etenim si haec ratio valida esset, procederet etiam in ordine ad potentiam Dei absolute. Vnde necessario videtur dicendum, in rebus successivis considerari posse id, quod est reale & positivum, & id, quod per modum negationis seu priuationis in successione includitur; nam successio intrinseca dicit, ut aliquid fuerit, & iam non sit, & aliquid futurum sit, nondum autem sit. Quantum ad hanc ergo negationem seu priuationem non potest ens successivum restituiri, quia hoc modo ad praeferit non est potentia. Quantum ad positivum autem nulla videtur esse repugnantia; quod, sicut reproducitur a Deo idem calor, reproducatur etiam eadem calefactio, & sicut eadem fons, & idem vbi, ita consequenter idem motus localis. Nam haec omnia dicunt reales modos positivos, qui ex se ipsis habent suam individuationem, & non pendent ab intrinseco tempore magis, quam alijs res, sed ab intrinseca duratione: est ergo eadem ratio quoad hoc de illis, quae de ceteris rebus: igitur ex parte actionis non potest sufficiens ratio reddi, ob quam hoc repugnat naturalibus agentibus.

Dicunt ergo alii huius rei causam, & rationem pendere ex alia questione, scilicet, vnde causa secunda determinetur ad hunc numero effectum hic & nunc efficiendum, potius quam alia: nam illa eadem, quae est causa huius determinationis, debet etiam esse causa, ob quam, quoties causa secunda de nouo agit, ad nouum effectum, distinctionemque ab omnibus precedentibus efficiendum determinatur: nam ex sola vi cause sufficientis, aut ex sola capacitate subiecti non potest huius rei sufficiens causam reddi, cum ratiis agentis, quam capacitas ipsius subiecti eadem semper fit, & integra maneat, & de se sit a que indifferens ad quodlibet individuum agendum, vel recipiendum. Dicunt ergo aliqui in praedicta questione, totum huius determinationis causam & radicem reducendam esse in diuinam voluntatem & praedefinitionem. Videns enim Deus huc agens hic & nunc esse dispositum ad immutandum hoc subiectum ad talem formam in specie, & de se esse indifferens ad hanc velillam formam in individuo, & ex se non posse eligere, seu determinante actionem suam ad hoc potius quam illud, ipse sua voluntate decrevit dare concursum ad producendum tale individuum in particulari in hoc instanti & in hoc subiecto, & quia causa secunda non potest agere sine concurso Dei, consequenter illa determinatur ad agendum hic & nunc tale individuum, & non aliud. Hunc dicendi modum obiter attigit in citato loco, mihique non placere significavi, quia illa ratio non videtur satis Philosophica, & quia in actibus liberiis habet alias difficultates; nunc autem relevantius considerara censeo esse valde probabile, tum, quia non solum Greg. in 1. d. 17. q. 4. art. 2. ad 7. & d. 35. quest. 1. art. 1. & alijs Nominal. verum etiam multis mo-

tis modernis scriptoribus doctissimis placere video. Tolerus enim 8. Physic. quæstio. 3. conclus. 2. rat. 3. ex hoc colligit libertatem primæ cause, quod pro sola voluntate sua determinat causas secundas ad individuos effectus. Fonseca etiam 1. Metaphys. cap. 2. quæstio. 3. sect. 8. dicit; in quibusdam effectibus necessarium esse recurrere ad diuinam de terminacionem & præfinitionem, quod repetit lib. 5. cap. 2. quæst. 9. sect. 2. rat. 6. qua probat essentialē dependentiam causarum secundarum à prima in agendo, & idem docent Copulata Coniubrionalib. 2. Physic. capite 7. quæst. 15. artic. 2. Tum etiam, quia non est voluntarium, nec præter physicam & naturalem rationem, quod causa prima iuuet causas secundas, & supplet defectus earum in his rebus, in quibus ipse videtur deficiere: in præsentem autem videtur eis deficer modus, quo determinari possint ad quosdam effectus singulares potius, quam ad alios. De qua re iterum infra disp. de causis. Nunc igitur iuxta illam sententiam consequenter dicendum est, Deum determinans concursum suum cum causis secundis semper ad nouos, & distinctos effectus producendos, non verò ad producendum iterum effectum, qui prius fuit, & iam esse dedit.

VIII. Sed inquiretur merito ab huius sententia aucto-ribus, unde constet, causam primam hoc modo concursum suum determinasse: aut enim hoc erat aliquo modo debitum ipsis causis secundis, seu fundatum in connaturali modo agendi earum, vel est ex sola voluntate Dei, sicut quod determinetur productio ad hoc individuum potius, quam ad aliud. Si dicatur hoc secundum, cum talis voluntas Dei reuelatione non habeatur, incerta prorsus res erit, cum ratione ostendi non possit, neque ex aliquibus principiis naturalibus deduci. Si vero dicatur primum: ergo primaria & quasi ultima ratio huius determinationis non est ex diuina voluntate, sed ex natura causarum proximarum: & hoc est, quod inquirimus, quo modo in natura cause proximæ possit hoc fundari. Maxime si non fundatur illa determinatio ad hunc numero effectum producendum, potius quam ad alium.

IX. Propter hoc dicere posset aliquis causas secundas, & finitas semel tantum (ut ita dicam) continere in virtute sua quilibet singularem effectum, & ideo postquam talis causa semel aliquem effectum produxit, non relinquenda virtutem ad producendum iterum illum effectum, neque ad iterandam actionem, per quam illū produxit, quia per primam productionem veluti exhausta est eius virtus, quatenus ad talis numero effectum terminari potest: sed hoc est gratis & sine probatione dictum, & intelligentiam non potest: nam virtus activa per se, & quatenus talis est, non operatur per aliquam sui diminutionem, vel immutationem, sed per immutationem, vel productionem alterius. Unde tamen integra, & perfecta manet efficacia eius, ac si nihil produxisset: ergo ex vi productionis semel facta non manet impotens ad eandem iterum atque iterum faciendam, si aliunde non est repugnancia ex parte ipsius effectus. Hac enim ratione quilibet potentia activa, quantumvis finita, potest successivè agere in infinitum, si integræ perseveret in suo esse: quia manet etiam integra in efficacia sua, & ex parte effectus illa successio, vel multiplicatio in infinitum non repugnat: ergo idem erit, quod reproductionem eiusdem effectus, si ex parte eius non est repugnancia. Quod ideo dico, quia postquam semel res producta est, & in esse permanet, non potest iterum ab agente produci, quamvis integræ maneat eius virtus activa, quia ex parte effectus repugnat, saltem ex natura rei. Quod vero id, quod non est, fiat, ex parte ipsius repugnare non potest, etiam si antea fuerit. Quid enim hoc obstat? ut iterum fiat, si iam non est? Cum iam tantum distet ab esse, ac si nū-

quam fuisset. Ergo si aliunde virtus activa manet integra, non potest ex inefficacia eius ratio huius recessitatis sumi.

Addi ergo tandem potest, agentia naturalia, quae ex se habeant virtutem quasi generalem & indiferentem ad plura individua eiusdem speciei, tamen ex se postulare certum modum, & ordinem in usu & exercitio talis virtutis, ita ut natura determinata sit ad agendum hie & nunc in tali subiecto tale individuum, & post illud aliud, & post hoc alterum, & sic de reliquis: nam ipsam naturam postulare videtur hanc determinationem, & ordinem, ne in se inuoluant quandam perplexitatem & confusione. Hinc ergo prouenit, ut nunquam in agendo ad eundem effectum redeat, sed semper nouum producat. Quem modum dicendi in loco predicto elegi, quia in re obscura & difficulti nihil occurrit, quod omnino satisfaceret, neque nunc etiam se offert. immo hoc ipsum, quod natura talium agentium tribuitur, non videatur posse satis fundari aut explicari: nam cum naturalis vis agendi sit ex se simplex & eadem omnino, non apparet, quomodo in illa possit fundari haec naturalis determinatio, aut unde constare possit. Nec circumstantia extrinseca ut sic, ad hoc iuuare possunt, ut supra ostensum est de tempore: est omnino eadem ratio de loco, quatenus dicit extrinsecam superficiem, vel habitudinem ad extrinseca corpora. Patendum ergo est, vel hoc pendere ex sola diuina voluntate; vel, si aliquam habet causam naturalem, nobis esse occultam, & ad summum dici posse, cum haec virtutes naturales ad multiplicationem individuorum ordinentur, eamque naturaliter intendant, esse magis consentaneum naturis eorum, ut semper concursum recipiant ad nouos effectus. Hac enim de causa, non solum in Dei voluntate, sed in ipsis etiam naturis rerum fundatum est, quod in hominum generationibus semper nouæ animæ producantur, & non vniuersitatem corporibus, quæ semeliam creatae, & separatae existunt.

DISPUTATIO VI.

De unitate formalis, & uniuersali.

Post unitatem individuam seu numeralem, dicendum est de formalis, & co sequenter de vnuersali, quæ numerali quodammodo opponitur, nam hec includit incommunicabilitatem respectu inferiorum, illa vero intrinseca requirit naturam multis inferioribus communicabilem. De his ergo formalis & vnuersali unitatibus videndum in primis est, an sint aliquo modo reales, & an sint diversæ unitates, vel in vnam aliquo modo incidentes. Item quotuplex vnaquaque sit, & quod sit in rebus vnuersaliusque principium: ac denique, quomodo, & per quam operationem intellectus consummetur.

S E C T I O N I

Virum sit in rebus aliqua unitas formalis distincta a numerali, & minor illa.

Pratio dubitandi est, quia dictum est in præcedente disp. omnes res, quæ sunt in mundo esse individus, ita ut repugnet esse in rebus aliquod verum ens, quod individuum, & singulare non sit: ergo neque esse potest in rebus aliqua unitas vera, & realis præter numericam, seu individualem entitatem. In contrarium autem est, quia vnum nihil aliud est, quam ens individuum, ut Aristoteles ait 4. Metaph. tex. 3. & lib. 10. text. 2. sed præter individuo-

I.
Dubitandi
vnuersali
tio,

III.

L 4 nem